 seculares curas ad martyrum loculos venire volunt, irretit, & disponit, ut hoc modo
 illorum animabus consulatur. Et est perinde ac si quis ægro necessaria remedia acci-
 pere nolentι, pharmacum dulcedine oblitū procuret. Atq; ita qui processu tēporis
 curabantur, postea huc pergebant, non amœnitatis gratia tātum, sed & pia affectio
 ne in sanctum, imo meliores, hac sola causa aduentabant, detetiores autem vtraq;
 pessimos vero deliciae aduocabant. Ethos quoq; huc euntes vocabat ad se martyr /
 muniebatq; bene, ne quid mali paterentur, & fiebat ibi non minus miraculum, cum
 ignauorum & luxuriosorum aliquis resipisceret, & quasi in media insanía confirma-
 retur, quam si proiectus in ardenter caminum non ledatur. Adolescentiæ enim te-
 meritas, vinum & satietas, obſidione grauiore premunt mentem quam flāmæ. At
 ros beati Babylę (qui per oculos in spectantium animos descendere solet) & incen-
 dium coercedebat, et mentis pietatem rigabat. In hunc modum, luxuriae tyrannidem
 sanctus oppressit. Quomodo autem dæmonis potestatem extinxit? Primum abole-
 uit damnū quod oriebatur a fabula, deinde inefficacem ac inutilem reddidit dæmo-
 nis cohabitationem, deniq; & dæmonem abegit. Verū priusq; modum persecutio-
 nis exponam orovos, vt interīm annotetis, quod non mox illum aggressus expulit,
 sed aliquādiū manentem in suo iemplo, viribus priuauit, osq; eius ita obturauit, vt la-
 pidibus ipsis minus vocalis fuerit, id quod amplius erat, quam fugare. Quia is qui cir-
 cū circa omnes antea decipiebat, nunc ad cineres beatū respicere non audet. Tanta
 sanctorum vis est, vt dæmones, cum viuunt, eorum umbras & vestea ferre nequeant
 defunctorum autem & tumulos formident. Ita vt si quis apostolorū actis fidem nō
 habeat, vel presentia videntis, ab impudentia cessare cogatur. Nam qui omnes olim
 gentes vinciebat, a martyre quasi a domino increpatus, a latrato suo destitit, & obmu-
 tuit. Hoc autem primum ideo facere videbatur, quod a sacrificijs, alioq; eius cultu
 cessarent homines. Hic enim dæmonū mos est, quando nido/fumo, & sanguine
 colitur, vt adsint quasi canes sanguinem vorantes & lingentes, quando vero nemo
 ea prebet, quasi fame pereunt, cumq; sacrificia eorum perficiuntur nihil aliud sunt eo
 rum mysteria, quam amores fœdi, & puerorum note, & adulteria, & domorum sub-
 uersiones, vt impia homicidiorum genera, cœnasq; magis impias nunc preteream.
 Verūtamen cum haec perficiuntur, adsunt ipsi, & gaudent, etiam si malefici, vel pre-
 stigatores, pestilentesue alij ea perficiant, imo omnes qui illis ministrat, eius faringe
 sunt. Continens enim & probus vir nō permitteret se presente vel crapulā, vel ebrie-
 tam, vel turpe aliquid verbum cōmitti. Quāuis si vlla humanæ vitæ cura, vel mo-
 dicus quidem respectus habitus fuisset eorum, quæ ad bonam vitam spectant, nihil
 magis inquirendum quam optima vita & morum rectitudo, rei ciendaq; erat om-
 nīs illa turpis scena. Sed quia nihil illi antiquius habent hominū interitū, ideo his &
 oblectantur, & his colise dicunt, per quæ humanae vitæ status subuertitur, & bona om-
 nīa radicis euelluntur. Hic quoq; dæmon magna necessitate constrictus, testatus
 est ob dictam rationē se tacere, nempe, quod timor ei pro freno ipso sit, quo coex-
 citus & prohibet, ne hoīq; dolis ludificaret. Vnde hoc manifestū? Sed ne turbemini,

A

Vincita
Babyla
ApolloSæctorū
potētiaC
ptextus
filēti
Apollis
nis.

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI LIER.

nūc enī ad ea demonstrāda pergim⁹. Atq; impudēter obloquētes ita refellemus, vt neq; hi quibus id maximæ curæ est. aliquid obij cere queant, vel de antiquitatibus ilis, vel devirtute martyris, vel de infirmitate dēmonis. Non enim mihi opus est coniecturis, & verisimilibus quibusdam hoc declarare, sed ipsūmet dēmonis adhibebimus testimonium. Ipse enim lethalem plagam vobis dedit o gentiles, omnēq; fiduciam ademit. At ne succēsueritis ei, inuitus sua destruxit. Et quomodo hoc factum⁹

& qua ratione? Postq; mortuus est rex, qui martyrem transtulerat, qui & fratrem huīus ut principatus particeps esset, assiuerauit, atq; etiā huic dignitatem cōtulerat, fratre mortuo, quāuis ipse iam regnum nō dum oblato diademate, inuaserat. Et principio, vtpote maleficus & flagitiosus, propter eum qui principatū sibi dederat, ea quæ cōlāti⁹ domīni sunt, se sapere simulabat. Postq; autem mortuus est, ille obiecta persona, nudauit faciem, & superstitionē, quam diu occultauerat omnibus manifestam fecit in vniuersum orbem mandato missō, vt in staurentur idolorum templa, reparentur argreddantur pristini dēmonibus honores, conferantur adiutoria, admittātur occasio-

E idolorū tēpla re parī pre cipit iu lianus. Vnde mox magi & incātatores, augures & haruspices, calendarū p̄econes, & omnis imposturæ organa, ex vniuerso orbe confluxerūt, eratq; videre quasi regna quædam, profugis & improbis impleta. Qui enim olim fame perierāt, qui obvene-

ficas potionēs capti vel damnati ad metalla, qui inquilini carcerum, qui sordidarum artūm homines, qui vix vitam trahebant, repente sacerdotes & hierophātæ in summo honore claruerunt. Rex autē dimissis militibus & principibus, quos nullius penſi faciebat, viros effeminatoros, & scorta e fornicibus in quib⁹ prostabāt, assumpsit & secum per totam urbem, & omnes plateas circūduxit. Regius autem equitatus, & lancearij longo interuallo sequebantur. Viri meretricarij, & mulieres p̄æcedentes, cum tota exoletorum cohorte, regem circūdantes, medium perambulabant forum acclamando ea, quæ genus illud cachinans solet. Et scimus hēc quidem non futura credibilīa his qui nos sequuturi sunt, ob absurditatem nimiam. Neq; enim vel priuatus homo tantam turpitudinem exercere publie. Præsentibus autem, & his qui ea viderunt, nulla opus est persuasionē. Attamen & ipsi audiant quæ dicam. Testibus enim superstītibus scribo, ne quis me vetera enarrantem, de his quę nemo vidit, multa potestate mentiri credat. Assunt & senes & iuuenes, qui hēc spectarūt, qui si quid ex me adiectum deprehenderint, rem gratam mihi facient, si me accesserint, & arguerint. Sed nihil adiectum docere poterunt, nisi solum quod multa omittam, neq; enim possibile est, stupendam eius fœditatem omnem sermone complecti. At posteris dicta sint hēc. Dēmon vester o gentiles, quem Venerem dicitis, id genus ministros non erubescit. Nec mirum si & pestilens ille qui semel dēmonum ludibrio se prostituit, non occultarit ea, quibus dij sui gaudebant. Et quæ illa necromantia &

F Sacrificatiū i Da phne. Ita iora culo q̄ cresō de dit de se loquit̄. Silētiū apollis misynde. Nam sacrificia illa, quæ ante aduentum CHRISTI publice fiebant/ post eius apparitionem sublata sunt, & nunc iterum quidem attentata, non tamē manifeste. Nam licet rex esset, faceretq; omnia magna potestate, veruntamen potesta- tis magnitudinem prodigiositas impietatis eorum, quæ fiebant reprehēdebat. Rex igitur ille Daphnen cum tot oblationibus & hostijs inuisens, vt p̄e multitudine occisorum animalium, sanguinei fluuij manaret, instabat plurimum apud dēmonem prooraculo, paratus immolare, etiam quāta cunq; illi grata. Verum dēmon genero sus ille, qui & harenæ scit numerum, & maris mēsuram, & mutos intelligit, & nō loquentes audit (vt dicit) deuitauit quidem, ne clare & manifeste diceret, per sanctum Babylam, vicinamq; virtutem os sibi obstrui, & ideo nō posse loqui, reueritus nimis rū, ne risū ministris suis excitaret. Dissimulare autē, & adūbrare volēs se vīctū silētiū,

causam dixit, quæ magis quam silentium ipsum, ridiculum eum fecit. Silentio enim
 imbecillitatē suam occultasset, nunc autem et imbecillitatē, & turpitudinem & im-
 pudentiam ostendit attentans adumbrare ea quæ nō poterat. Et quid prætexebat? Lo-
 cū Daphnes multis mortuis esse repletū dicebat, idq; oraculum prohibere. Et quā
 to melius erat o perniciose, virtutem confiteri martyris, quam sic impudentia præte-
 xere. Hæc quidem dæmon. Insipens vero rex, quasi in scena ludens, & actum simu-
 lans ad beatum Babylam statim contèdit. Quāvis o scelestē & scelestissime nīsi mu-
 tuū volētes deciperetis, & ad perdendū alios colluderetis, cur tu quidem dícis absq;
 nomine et finitione mortuos? tuvero quasi audisses nominatū et certum aliquem ab
 alijs te continens, & sanctum solum moues? Oportebat enim iuxta dæmonis sente-
 tiam omnes Daphnes loculos effodere, & laruam quoq; faciei deorum quā longis-
 sime auferre. At non de omnibus loquutus est mortuis. Cur ergo nō potius mani-
 feste confessus est, quā quod ænigma fallax tibi reliquit, cum actum illum instrueres
 Ego quidem tibi dico (inquit) mortuos, ita quidem ne manifestum sit me esse victū
 (nam alioqui sanctum nomē affari timeo) tu autem quod dictum est de martyre in-
 telligito, quē hinc amoue, ille enim ora nostra obstruxit. His dæmon tantum stupo-
 rem ministris suis ī misit, q tam manifestariam illusionē videre non potuerūt. Nam
 nīsi omnes stupidi & insanī fuissent, nequaquā illū victum ignorare potuissent, adeo
 manifestum & clarum erat. Nam si mortua hominū corpora polutum aliquid sunt,
 & abominabile tanto magis irrationalium animalium corpora, quanto scilicet no-
 stris viliora. Multorum autem & canum, & simiarum, & asinorum ossa prope tem-
 plum defossā sunt, que certe magis transferre oportebat, nīsi hominibus simias di-
 cas meliores. Vbi igitur tunc, qui dicunt bonam dei facturam, & ad nostrū ministe-
 rium facta? Cur iniuria solem afficiūt astrū enim hoc huic dæmoni assignat et idem Sole
 esse cum suo dæmonie afferunt, et sol sup vniuersam terrā effunditur, neq; radios suos Apollo
 retrahit, neq; suam operationē intermittit, licet innumerā in terra mortui sepulti, & idem.
 tot passim cadauera iaceant. Deus autē vester vitam fœdā, & magicem, & homici-
 dia non auersatur, neq; odit sed diligit, amplexatur, et amat corpora, autē nostra ab-
 iicit, & euertit, quāvis & hoc sceleris genus, etiam ab ipsis qui perpetrāt, somma cō-
 demnatione dignum habetur corpus autē mortuum quod moueri nequit, nullā re-
 prehensionē vel crimen meretur. At qui hoc dæmonum vestrorū est studium, vt abo-
 minetur non abominabilia, colantq; & obseruent quæ omni odio, & aduersatione
 digna sunt. Et bonus quidam vir nō prohibetur a corpore mortuo, vt aliquid vtile
 consulat, vel si quid opus fuerit faciat, sed si anima benevalet, etiam apud sepulchra
 habitans, & continentiam, & iustitiam, & omnem virtutem operatur. Omnes item
 artifices cītra prepeditum omnīa, quæ ad suas artes pertinent operantur, & non
 solum cum habitant prope mortuos, sed et quanto ipsa defunctorū monumēta con-
 struunt & pīctor. & ad lapidum sector, & faber, & chalcotypus & omnes sua confe-
 rūt. Vnus omnium Apollo a mortuis prohibeti se dicit, ne videat futura. Fue-
 runtv̄tīq; & apud nos viri magni & admirandi, qui ante annos quadringentos et mil-
 le, futura prēdixerūt, prēdicendoq; nihil horum curauerunt, vel cōquesti sunt, neq;
 mortuorum sepulchra demoliri, neq; mortuos abiīci iussierunt, excogitando nouū
 & impudentem aperiendarum tumbarum modum. Quin illorum aliqui habitātes
 inter gentes impias & scelestas, & inter medios barbaros, apud quos omnia coinqūi-
 nata & polluta, vera prēdictare, neq; eis advaticinandum aliorum obfuit inquinatio
 Daniel
 Hicre
 misag
 geus et
 alijs.
 Et cur illi, diuino numine afflati, quæ dicebant, vere dicebant, dæmon autem eius
 operationis immunis est? Nihil aliud habebat quod prætexeret. Ne videretur inops

B

 Nulla ī
 cadaue
 rib⁹ ī
 mūdis
 cies.

C

 Daniel
 Hicre
 misag
 geus et
 alijs.

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI PSEGMA TVM

cogebatur verisimilia, et ridicula talia afferre. Et idcirco hac excusatio e suis ad mortuos confudit, anxius ne quid pateretur, non enim infamarivolebat. Sed vos ipsum compulisti, nimio cultu excusatione adimentes, & non permittentes, ut se raritate sacrificiorum tueretur. Ut igitur eum sermonem hypocrita audijt, tumulū dirui iussit

Iulian⁹ quo manifestauit omnibus illum esse vicitum. Quod si dæmon dixisset, propter sanctum neque oloqui (ne moueamini, ne turbemini) suis tantum hoc manifestum fuisset, crita.

Dneq; alijs ipsi prodidissent, erubescentes, nunc autem quasi infirmitatem inuulgare co- netur, ita omnia facere coegit, per quæ nec sive voluisse, factum potuissent adumbrare. Neq; enim ultra possibile erat saluari simulationem, eo quod nullus alius mortuus, sed solus martyr inde translatus sit. Itaq; non solum ciuitatem habitantes, & suburbium & agros, sed & qui longe a locis illis aberant, tumuli situm videtes, cum ratione quæreret dixerunt statim, quomodo rex dignatus sit a dæmoni futura iquire, respondisseq; illum, se hoc non posse facere, nisi quis inde beatum Babylā a se moueat. Licebat tibi o ridicule etiam alijs excusationibus te defendere, que admodum

Cressi dum saepe fecisti, innumera semper fingens in rebus dubijs. Ita Lydiorum regi dixi decepit sti quod Alinthē fluuum transgressus, magnum destruet imperium, ostendes quidem

Apollo illi eum qui apud Pyram interpreti autem sapienti, alium apud Salaminē cum adi- ceoracuia res clausulam hanc risu prosequendā. Et tu perdes natos mulierum. Simile erat & il- Apollis lud quod ad Lydium dixisti. Siue dispergatur, siue cogregetur Ceres. Plus ridiculū nis qua quā quæ in triuio a circulatoribus dicuntur, sed neq; hoc voluisti. Licebat autem & lia.

Eobscuritate sermonem tegere (est enim & hoc tuæ artis) sed omnes solutionem eius obscura quidem & hoc saepe facere nec erubescis, nec cōfunderis. Neq; enī tibi cum viris cor- oracula datis cōmerciū est, sed cum pecudibus, & crassioribus quā sint pecudes. Non erat & il- crassis iponit Græcis sapientes, qui hæc audiebāt, neq; abstinebant ab erroribus, sed mendaciū spectabant. Iḡitur vel soli sacerdoti vera loqui oportuerat, & ipse cōmodiore adum brandævanitatis viam inuenisset. Nunc autem o miser, te miserum in tam manifestā coniūcis ipudētiā! At tu forte peccasti nihil, rex autem male simulauit. Nam cum de mortuis indiscrete dixeris, ille ad solum sanctum venit. Ipse ergo te reprehēdit, & dolum tuum denudavit. Verū nec ille voluntario id fecit, nō enī eiusdem erat tan- tis te honoribus venerari, & iterum cōuicijs incessere. Sed omnes simul virtus martyris excecauit, & videre quæ siebāt nō permisit. Et siebant omnia quasi cōtra Christianos, vertebatur tamē risus, non in eos qui patiebātur, sed in eos qui intentabant.

Sicut enim insaní propiores semper vlciscidentur, parietes impetendo, & varia in Demoli presentes mala dicendo, & non alios, sed seipso confundunt ita & tunc siebat. Du- tur Iuli cebatur tumulus per totam viam, & redibat martyr quasi athleta coronam ferens se anus se- cundo in ciuitatem suam, in qua & olim coronatus erat. Erubescant nunc, qui resur- putchū martyris rectionem non credunt, qui & viderunt clariora martyris facta post mortem quod r. s. victor triumphis magnis maiores & mirabilibus magis mirabiles coniunxit. Nam

Folim cum rege solo certabat, nunc cum rege & dæmon. Olim imperatorem a tem- plu abigebat, nūc ab omni Daphnes regione. Vastatorē amouit, non manuvt olim vsus, sed inuisibilis virtute aduersus inuisibilem certans. Et viuentis liberam reprehensionem homicidia non tulit, mortui vero puluerem neq; rex, neq; dæmon, qui regem vt id faceret, incitauit, terribilior enim quam prius instabat. Quod inde mani- festum, quia captum ligauit & confecit, ipse autem tantum translatus est. Cur autem non iussit dæmon, vt vel absorberetur a terra tumulus? Cur non cōtriuīt, & combus- sit; cur nō in locū solitariū & inhabilem trāstulit? Nam si martyris corpus tam abo-

LIBER A.D.B. BABYLAM MARTYREM. FO.X.

minabile & execrandū erat, non erat in ciuitatem ducendū, sed in montes & colles Julian⁹ aduertēdū. Verum sciebat improbus ille fortitudinem & potestatem beatī apud deū nō minorē q̄. Apollinis, formidabatq; ne si hoc ficeret, fulmen vel alium morbum aliquē in se accereret. Habebat quippe multa argumēta virtutis CHRISTI, quę tam in regib⁹ qui se p̄cesserant, quam in his qui suo æuo imperarunt, demonstrata. Nam qui ante eum regnarūt, cū multa attentassent, post grauissimas, plurimasq; calamitates turpiter & miserabiliter interierūt, ita vt ipsi adhuc viuentibus pupillæ ex oculis, nullo mouente vltro exilirent, hoc enim Maximo contigit, aliis mente motus est, alias alia calamitate perīst. Inter eos autē qui cum ipso erāt nepos, qui post patruū maiorī in Iania aduersus nostros furebat. Ausus enim est obscenis manib⁹ sacravasa contingere, neq; his cōtentus sed ad maiorē progressus cōtumeliā, isthac ipsa euertit, & super paucimētum abiecit, sediq; super ea, verū mox nefariæ suæ sessionis p̄cenā luit, nāverenda eius corruptavermiculos generabāt. Et ut ostenderetur morbus hunc a deo immissum, medici peregrinas pingues aues sacrificatas mēbris putrescentibus imponebāt ad eis cīedos vermiculos, sed auellere non potuerunt eos, mēbris rosis mordicus adhēretes, sic q; absumento illum diebus multis tandem perdidērūt. Et aliis quidam præfectus promptuarijs regijs, priusquā limen regium transcederet, disruptus est repēte medius, luens etiā ipse alterius cuiusdam impietatis suppliciū. Hæc atq; his plura, non enim omnia recensere pergo, vt accepit rex flagitosus, timentebat in sua temeritate progreedi. Colliquebat autē ex his quæ postea dicā, hæc a me non esse conficta. Nunc quid subsequutū sit, habebimus. Est autem & hic miraculū, non solū virtutē dei, sed & ineffabilē eius misericordiam declarans. Et quodnā hoc? Erat adhuc sanctus martyr intrasacros ambitus, in quibus & antea priusq; in Daphnenen veniret, expertusq; est statim malignus dæmon, quod frustra omnes suas technas cōminiscatur, & quod non certet aduersus mortuū, sed viuentē ac numinis plenū, potentiorēq; non solum se, sed et dæmonibus oībus. Nam vt sanctus deum orauit, ignis in templū missus est, & culmē eius totum exussit, idolumq; vsq; ad summos pedes absumptū, in puluerē & cinerē redegit, relictis muris omnibus integris. Qui nūc in eo loco stat, non dicet esse opus ignis quod factū est. Fuit enim in cedium non inordinatū, neq; quasi ab inanimata materia factū, sed circumductū, quasi manu alicuius ostendēte nonnullis parcēdum, et nōnulla consumēda esse. Tāto ordine & artificio detectum est templū. Et similiter factum est in his, quæ nō omnino corruerūt, sed integris muris sola tecta non habebant. Columnæ autē tam quæ tēplū, q̄ quæ vestibulū ferebāt, & alia omnia, immota steterunt, præter unam iuxta posteriores domos colūnam, quæ non ab re tunc cōfringi permissa est, sed causam postea dicemus. Hoc ubi accidit, ducitur mox in carcerem sacerdos dæmonis cogituryt causam dīcat incendijs, licet autem nihil haberet quod diceret, nihilominus multis plagis afficitur, suspenditur, latera eius dissecantur, & neq; sic aliiquid ex eo discunt. Et perinde euenit, vt in resurrectione CHRISTI, quia etiam tunc constituti erant milites, vt custodirent corpus IESV, ne furtim illud auferrēt discipuli, quæ res eo cessit, vt nulla relicta sit suspicio his qui fidem resurrectionis impudenter calūniantur. Examinatus est autē & hic sacerdos, vt attestaretur esse factū hūanæ malitiæ, nō diuinæ iræ. Verū diu chordis tract⁹ & verberat⁹, nihilq; habēs quod exponeret, testat⁹ est a deo ignem missum, vt ipudētib⁹ nulla sup sit calūniādī occasio. Et ut nūc dicā opportune, q̄ paulo ante dicere volebā et distulī, quid igit̄ hoc? Testis ille, regis animum timore ita cōcussit, vt non vltterius progreedi auderet

A

Helpis
dius co
mes re
tū priu
tarum.
ictum

B

Tēplū
Apoll
nis ful
mine.

C

B ij

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI PSEGMA TVM

furens. Non enim sacerdotē, quē & antea in tanto honore habuit, vltra tantis vexatuit tormentis, & crudelius bestijs dilaceravit, cuius forsitan & carnes gustasset, nisi tā exosa res apud omnes fuisse habita. Et sanctum, qui dæmonis os obstruxerat, iterū in ciuitatē duxit, vt in maiori honore esset, licet nō antea quam dæmō se victum fateretur.

DAlioquin nisifurorem maiorem metus, & impotentia animi cohibusset formido, post incēdiū omnia subvertisset deuastasset, & tumulū exussisset. Qui multorum hominū mos est, vt cum ira tristitiaq; simul corripiuntur, in eos qui forte occurrunt, iram effundant, etiam si in authores affectionū non incident. Tale prope modum referebatur spectaculum. Nam veniens ipse in ciuitatem simul ignem secum ferebat & vt dixi, pugnabat affectio cum affectione, & iram coercebat metus. Cogita ergo qualis erat suavis ille ioperator, cum in suburbū regressus videret stare martyris ædē exustum autem templum suum, & idolum cōsumptum, & donaria vī direpta, & omnem illam memoriā tam luxus, quam pompæ satanicæ sublatā, quāvis ea ipsum solū neq; furor, neq; tristitia videre sinebant. Confusionē enim suam, & immodiū aliorum rīsum nō tulisset, sed extendisset iniquas manus etiam in martyris ædem nisi hoc quod dixi, ipsi m prohibuisset. Neq; enim factum hoc contemptibile erat sed omnē gentiliū fiduciam semel abstulit, omnē lēticiam extinxit & tantam nebulam ipsis offudit, quātam si omnia tēpla diruta. Iam ne studiosius ista quam par fuerit persequatur, apponā his lamētum, & deplorationē, quā in dæmonem hunc Sophista quidā elucubrauit. Erat autē initium lamentorū ferme huiusmodi. Viri quo-

Erum oculis iicut & meis, caligo sese offudit, ciuitatē hanc, iam neq; pulchram, neq; magnā lugēamus. Postquam attigit quedam, de fabula Daphnes (tempus enim totum sermonē hic inserere non sinit, ne superflua & prolixiora afferamus subdit) Per sarum regem olim direpta ciuitate, huic templo pepercisse. Verba autē sunt hęc. Ille quidem exercitu contra nos ducto, sibi melius consultū putabat, si templū seruaret integrum. Donabat enī & barbaricū furorem imaginis pulchrítudo. Nunc autē o sol & terra, quis vel vnde hostis ille, qui neq; armatis, neq; equis, neq; re aliqua, quāvis tenui indīgens parua scintilla cōsumpsit omnia! postea declarās beatum nostrū tum vicisse, cum res Gentiliū sacrificijs & operationibus floreret maxime dicit. Et nostrū templū a diluio illo magno dirutum non est, nunc autem cum nubes preteriū subuersum. Nebulam & diluum, superioris regis tempus vocat. Et paulo progressus, amarioribus dīctis id ipsum deplorat. Præterea, cum aræ tuæ sanguinem siti rent, diligēs & quietus tutor eras Daphnes, O Apollo, addo autem quod passus es te cœno sordidari, & ornātu externo priuari. Nunc autem post multas oues & boves, & postquam pedem tuum venerabile os regis osculo contigit, ac vidit quæ prædixisti, cum iā viderere ab exasperata malavincia liberatus, defuncto quodam vicino obturbante, in medio cultu aufugisti! Vnde igitur posthac multum nobis studij in viros qui sacra et imagines prædicant? Quid dicis lamentator? An opprobratus & cœno sordidatus, securus Daphnes tutor mansit, in honore autem & cultu suum

Ftueri non potuit templum, & præsertim conscius quod illo ruente, in ignominiam priore maiorem, cessura sit ruina? Quis autem mortuus ille, qui deum interturbat, o Sophista? Qualis hæc mala vicinia? Hic cum in beati Babyle egregia facinora incidit, occultareq; nequit dæmonis ignominiam, adumbrādo transcurrit. Nam cum dæmonem dixisset a martyre turbatum & afflictum, non adiicit quomodo, Sed simpliciter dicit. Malavincia liberatum, cupiens ita victi dæmonis imbecillitatem adumbrare. Quamuis hac via illam magis detexit. Quare non dicas; Quis ille mortuus fuerit &, Quare solus deum tuum perturbat &, Quare solus transfer-

tur? Dic mihi cur vocas ipsum malam viciniam? An quia dæmonis fraudes detexit?
 Sed hoc minime alicuius malum fuerit vel mortui, sed viuentis & operantis, & boni, &
 presidis ac patroni pro vestra salute satagit, si quidem voluisse sit. Et ne obis ultra
 liceat vobis ipsis imponere & dicere, quod exasperatus ira, et propter sacrificia inter-
 missa vos arguens, & de alio cultu reprehendes, spote obsecserit, ob hoc ipsum tum
 ex omni regione hac effugauit, quando ei maxime grata fuit, et illam pre alijs in tan-
 to honore habuit, ut etiam aliquando ignominiose inhabitare eam voluerit. Tu enim
 hoc primū de eo dixisti. Et in hoc quidem tempore quo multas oves, multasq; bo-
 ues rex illi immolauit. Ita vndeque coarguitur, q; Daphnen reliquit coactus, & a ma-
 ioritate expulsus. Potuisse etiam manente statua ipsum insectari, sed vos non cre-
 didissestis, sicut etiam olim cum ab eo vinciretur, sed cultu vestro eum urgebatis. Pro-
 pterea, primum relicta est statua, & tunc tandem contrita, cum flamma impietatis eru-
 peret maxime. Quo nimis docetur, quomodo eximio victori vincendum sit, nem-
 pe non cum humiliati sunt, sed cum florēt, & se se extollunt inimici. Quare ergo beas-
 tus cum in Daphnē transferretur non precepit, disiuncti statuam, suffodi templum, si-
 cut & ille tumulus, nisi quia nihil nocere ille potuit, & carnali subsidio non erat opus.
 Nam & tunc sicut nunc quoq; ipsum absq; humana manu comprehendit, tametsi
 primā victoriā nobis non manifestauit, sed solum obturato ore obmutescere eum fe-
 cit. Ita enī sancti sua opera clarescere volunt, ut hominū salutē prosint, non autem
 multis demōstrentur, quod ipsorum bona opera sint, sed si utilitas aliqua cogit. Ut
 literatē autem voco, saluandorū curam. Ita & tunc factum est. Vbi enim error & de-
 ceptio inualuerunt, tunc tandem detecta nobis uictoria, detecta autem non a victore
 sed a victo ipso. Ita enim & inimicorū testimonia suspicione carent, si ea sanctus vel
 cum necessariū sit, de seipso dicere refugit. Proinde quoniā nec sic a deceptione ces-
 satum est, sed stupidiōres illi saxis, & ad tam claram veritatem cecutiētes, deuictum
 adhuc orabant, & urgebant: ideo tunc necessariū erat ī nem in statuam mitti ut hoc
 incendio grauius aliud idolatriæ incendiū extingueretur. Quid ergo dæmonem
 arguis dicens, q; in medio cultu aufugerit? Non aufugit spote, sed abactus est, & eie-
 ctus inuoluntarius & coactus, idq; tunc cum maxime manere vellet obnidorem &
 sacrificia. Imperator enī quasi ob hoc regnaret, vt vniuersas orbis pecudes & iumē-
 tasimul impenderet, ita ī modice oves & boues ī molabat, atq; eo peruenit insanię vt
 multi ex suis sapientibus coquū eum & lanū atq; talibus nominib; vocarent. In tam
 dapili erga mensa, ī nido & fumo, & hircino sanguine sponte recessit dēmō, qui
 olim & sine ipsis mansit, ut dixisti ob ī sanū erga dilectam amorē? Verum hic no-
 strum sistamus sermonē, vt iterum audiamus sophistæ lugentis lamēta. O Iuppiter
 quam grauiter profunda nostra quiete destituti sumus! quam vocabata tumultibus
 Daphnes Regio! Quantoq; purius erat, & quietius templum ipsum? Vbi natura
 quasi portum in portu fecerat, vtro biq; enim fluctus deerant, maiori tamē tranquil-
 litate conspicuum erat templum. Quis non ibi morbum, quis non timorem, quis non
 lucretum depositus? Quis ibi beatorum ī insulas desiderauit? Quali requie destituti su-
 mus o pollute? quomodo liberius a tumultibus templum? Quomodo fluctuum ex-
 pers litus, vbi tibi & tympana, & crapula, & coniuia, & ebrietates? Quis non ibi
 inquit morbum exuit? Quis īquam ex tuis familiaribus non infectus est ibidē mor-
 bo? Etiam qui antea sanus, morbo ī implicitus est difficillimo. Nam qui dæmonem
 adorat, & Daphnes argumentum audit, & tantam īsaniam deividet, ut pote qui ad
 huc ad locum & arborem desideratē olim dilectae assideat, quanto non morbo, quan-
 tis non affectionibus laborabit? Hæc ta requiem animæ dices, & fluctu carentem
 portum, & morborum liberationem! Et quid mirabilius, quam contraria pro cons-

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI PSEGMA TVM

trarijs ponere? Insano hoc nemo maleverteret, qui naturas rerum non capít. Aderrunt, inquit, propediem Olympiā. Iterum ad lamenta redeamus ostendentes, quam tam omnes qui tunc ciuitatem inhabitabant Græci placam acceperunt, & quomo

D set nisi maiorī metu fuisset cohibitus. Et quid dicit? Aderunt propediem Olympiā & ciuitates conuocabit solennitas, quae Appollini immolandas boues afferet quid faciemus? Quo nos diuertemus? Quis nos deorum a terra submouebit? Quis præ-
co? quae buccina non excitabit lachrymas? Quis Olympiā inter festos dies recensebit, cum tantum luctum ruina proxima inuexerit? Da mihi tela, & Chœnicem dicit tragœdia. Dicam & ego breue aliquid ex vaticinatoria, ut eum qui hoc egit nō solum capiam, sed & iaculis configam. O impiam audaciam. O sceleratam animā O temerariā manum. Quis ille alter Tityus, vel Idas Licæi frater? Non magnus

Ouid. I. quidem vt ille, neq; sagitarius ut iste, similiter tamen aduersus deos insaniūt. Hos qui dem Aloe filios insidiās dijs struentes Appollo morte compescuistū. At isti, ignē mor. a longe afferenti, non occurrit telum quo cor eius feriretur. O dextram Telechinis O iniustum ignem. Quoniam primum cecidit? Quod huius mali initium? Enaver tice incipiens, deinceps in caput illud, faciem, phialam, cydarin, & talarem togam grassatus est. Vulcanus ignis prefectus, populante igne, non reddidit deo gratiam quāuis debitor esset deo, ob indicium olīm factum. Neq; Iuppiter hymbrium mo derator, aquam in ignem misit, sicut olīm Lydorum regi periclitati flammā restinxit. Quid nam primo ad eum dixit, qui belli prelio destitit? Vnde nam confidentia.

Quomodo sustinuit impetum? quomodo non soluit decretū, reueritus dei pulchri tudinem? Usq; quo miser & afflīcte nihil dispicis, & hæc humanæ manus esse dicens, E ac sicut despītes, pugnantia inter se loqueris, cum temetipso digladians? si enī ab egit dēmon. Persarum regem, qui tantum adducebat excercitum, & diripiebat ciuitatem, & incendebat alia quæ sacerdotum erant, habebatq; in manu faciem templo mox admouendam. Nam & hæc in exordio tuæ lamentationis narrasti, sic dicens

Antio chia psa iū rege icentia. & plorans. Persarum quidem rex, eius qui nunc est hostis, proauus cum proditione ciuitatem cepisset & combussisset, & ad Daphnem concederet idem facturus, a dē mone prohibitus est. Nam abiecta face Appolinem adorauit. Adeo ipsum demul sit, & coarguitvīsus. Nam affuisse eum barbarico furori & tanto agmini dicens, & potuisse periculo occurrere. Dicebas autē quod & Aloidas dijs insidiās struentes con pescuit. Quomodo ergo, qui tanta fecit, nihil nunc operatus est? & si nihil aliud, cer te sacerdoti qui tam misere lacerabatur, cōmiserari debuisset, statuendo in medium eum, qui sibi insidiatus fuit. Et si tunc effugit incendium, cum miser ille confossis la teribus penderet, vt proderet in cēdījā nthorem, nihilq; dicere posset, statuere in me diū oportebat patratorem, vel certe prodere, si statuere non potuit. Nun c autem

F ingratus, & imprudens ministrum suum crudeliter dissecari vīdet, ac despīcit, veluti & regem post tanta sacrificia irrīsum. Ridebatur enim ab omnibus, tanquā insanus & delirus cum in miserum illum sequiret. Quomodo autem regis, cum adhuc longe abesset, aduentum predixit, vt superius deplorasti, prope autem existentem, & exus rentem illum non vīdit? Quandoquidē vaticinīū illi ascribitis, vt mos est vobis dijs vestris quasi hominibus, alias alijs artes dispensare, & huic mātice & diuinatoria ob uenit. Curnō dignatur suam cōmunicare artem? Quomodo calamitates proprias non cognouit? quamvis etiam hoc virum non latuerit, nunquid enim igne adurente dormiuit? neq; tam insensatus quis, vt flāma ignis accedente, nō protinus fugiat vel iferētēnō cōprehēdat? Vere Grēci pueri, senex vero Grēci null? Op̄ enī mihi est

LIBER AD.B.BABYLAM MARTYREM. IV FO.XII.

vestram deflere insipientiam, quia neq; cum res ipsæ clamant dæmonū dolos et fraudes, a cultu dæmonū desistitis, sed perditionivos ipsos exponitis, & vestram amittitis salutem. Dicimini sicut pecudes, quæ quoquo iussæ fuerint sequuntur sedetis, & statuarum deploratis ruinam, tu autem & tela poscis nihil differens ab eo, qui in tragedia hæc dixit. An non manifesta & clara insanía expectare, ut aliquid his armis efficias quæ nec domino suo fuerūt utiliavñquā, dicens enim maiora eum habere tam arte, quam experientia, ceteris dæmonibus. Indigne nunc colitis indoctiorē & infirmiorem, in quibus ipsum dicitis omnibus superiorem. Si autem illi primas conceditis, siue faculari siue vaticinari oporteat, quomodo sperasti facturū aliquid, eum qui tantum partem tenerartis, quod facere nequit, totam artem callens. Ridicula sunt, Futura
predice
re soli
de rest

Nesciuit enim vaticinari neque, si sciuisse potuisset. Nullus enim homo hæc operatus est, sed diuinavirtus, causam postea narrabo. Iam dignū est ut discatur, qua de causa ingratitudinis arguitur Vulcanus, de quo sic ait. Vulcanus autem ignis prefectus, non reddidit populante igne gratiam deo cui id debebat ob indicium olim sibi factum. Quam gratiam? quod indicium dicens? dic, quare occultas honesta preclaras; deorum tuorum facinoras! Quia enim gratiam dixisti, necesse ingratitudinis reum demostres Vulcanum, sed pudet, & erubescit. Igitur nos libere tua dicimus. Ferunt olim Venerem a Marte adamatam, qui virum eius Vulcanū timēs, opportunityatem temporis captauit, quo absente marito eam accederet. Verū ut Apollon commiserit eosvidit abiens ad Vulcanum, adulteriū prodidit. Vulcanus vero recoperta, iniectis vtricq; in lectovinculis, deos ad turpe spectaculū vocauit, tale adulterij supplicium de his sumens. Huius beneficij immemorē fuisse Vulcanum dicit, & ingratum, qui debitor tamen erat, admonente opportunitate temporis. Quid ergo & Iuppiter dic bone, quem crudelitatis accusas dices. Sed neq; Iuppiter hymnus moderator, aquam in ignem demisit, cum tamen olim periclitante Lydorum rege ardētem rogum extinxerit. At recte facis, quod nobis Lydorum regis memoriā inculcas. Nam & ipsum flagitosus ille dæmon vanaspe lactauit, manifestario malo iniiciens. Et nisi māsuetus fuisset Cyrus, nihil illi profuisset Iuppiter. Itaque frustra reprehendis Iouem quod filio Lydium pretulerit, Neque enim in Rhomulivbe ubi maxime colebatur seipsum fulminetactus, vltus est. Audiam autem & reliqua deplorationis verba, e quibus recte discernemus, quantus eorum corda luctus inuaserit. Viri rapitur animus meus specie dei, & statuit adhuc cogitatio ante oculos typum, levitatem formę molliciem ac teneritudinem prominentiarū in lapide, & in primis zonam, quæ tunicam aureā circa pectus constringit, ita ut partim tumescat & sinuet partim introcedat & insideat. Totusq; habitus, cuius furorem feruentem non sopiuit & demulxit! Similis est cantori cantilena. Et vbi quis ut dicūt. In meridie citharaludentem beatæ aures audierunt. Carmen autem erat laus terræ huius, quomodo offerat ex cyatho aureo, & quomodo hiatu facto tellus iterum coalescens puellam occultarit. Dein breuis super incēdio querimonia. Clamat, ait, viator flāmas erum perevidens, resonat sacra dei sylua, quam Daphne inabitat, audiūtur planetus pectorum, & crebrūlulatus per arbusta, & magno terrore in ciuitatem perueniunt, excitantur amaro nuncio regis oculī commodum somno sopiti. Qui concitatus ac festinus citra interpretē rogat, & ipse intus aestuans non minus quā templū, ad exquirendā radicem tantī malī proficiscitur. Discurrunt faces ignē deorsum mittentes & corrūpentes ad quodcūq; applicabantur, & Appollinem quidem statim ac brevītpte proximū tecto, dein Musarū incolentū imagines, lapidū fulgura, columnarum decorem, & pulchra qualibet, turba autem circūstans, nesciens subsidiū, & lus.

B iiiij

A

Fabula
de vul-
cano et
Venera

B

Cyri vi
cto Cre
so ciuita-
tates ali-
quot re-
liquit.

C

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI PSEGMA TVM

D cū occupata videbat in portu naufragium. Lachrymabantur ijs quorum erat iuuare. Nymphē magno excitatæ luctu e fontibus exiliebant. Nec minus lugebat Iupiter haud procul considens, & quantum verisimile est denigrato filij honore. Turba quoq; dæmoniorum lucum inhabitans, ingentem luctum fecit, neq; minorē in media ciuitate Calliope, quod ignis iniuria ledebatur Musarum dux & exhilarator Deinde dicit Sis & mihi nūc Appollo, qualē te fecit Chrieses male dicēs Achēis, fure plenus & nocti assimilis. Quia cum tibi reddere stolas nostras, offerreq; quod ablatum cupimus, præceptum est, quod colatur simulacrum, euenitq; nobis ceu plementibus coronas sponso mortuo. Et lamētatio quidem talis, imo paruæ quædam lamētorum partes. Ego autem admirari cogor, quomodo per ea se honestare causam putat, quæ potissimum tegenda erant. Nihil enim amplius ei tribuit quam lasciuo & intemperato adolescenti, in meridie cithara ludenti, dicitq; argumentū carnis, dilectā, & beatas aures vocat quæ tā obscoenas cātilenas audiunt. Iā, quodincolæ Daphnes plorāt, & præsides, quā quod mōrēt, & quod in eadem mētis consternatione & dij sunt & solū inter se lachrymātur & quod neq; Iuppiter neq; Calliope neq; dæmonū turba, & neq; ipse nymphæ ad cōflationē se a lachrymis continent, sed omnes eiulatui & luctui sunt dediti, hoc sane multū risum meretur. Ex p̄dīctis ergo manifestū est, eos magna plaga affectos & sophista in media deploratio ne satis confitetur, quam fuerint perculti. Ideoq; rex non leniter tulit, tametsi metu maio re coercitus sit. Hora nunc est, vt & reliquum expēdamus, qua de causa ira diuinā dæmonē puniuit, & nō potius regem, & quare non totum templum, sed tectū dūtaxat, & idolum aboleuit. Neq; enim absq; causa & fortuito contigerunt, sed misericordia dei propter errantes facta sunt. Qui omnia nouit ante quā nascantur, etiā hoc cum alijs non ignorauit. Rege enim fulmine tacto, præsentes tantum spectatores temporario timore correpti essent, anno autē secundo vel tertio, memoria rei gestae disperisset, & miraculo pleriq; minus crederent. Sed templum succensum, omnī p̄econe clarius iram dei annūciat, nō modo his qui sunt, sed & futuris, tolliturq; interim omnis calumniandi occasio impudentibus. Quippe nemo ad locum accedit, qui non ita afficiatur animo, quasi iam primum continget miraculum, & horrore primum corripitur, cōtinuoq; in cœlum suspiciens, eius quī tanta fecit, virtutem glorificat. Sicut cum a spelunca princeps latronum ibidem vincitus educitur, & ablatis omnibus quæ latronis erāt, relinquitur locus in ferarum latibulum, & cororum refugium, ad quem quicunq; venerit, & vis a locorum dispositione, ex decursiōnibus, & ambagibus secum expendit illius latrocinia, & depingit speciem eius qui olim inhabitauit. Ita & hīc res se habet. Nam quisquis vel a longe videt colūnas, vaditq; & limen trāsit, mox apud se cogitat dæmonis p̄edas quas abegit, fraudesq; ac insidias, & stupescens tam iram, quam fortitudinē dei, abit. Itaq; quod prius erat erroris ac blasphemie ædificium, nunc dat glorificandi argumētum. Tam industrius artifex & deus noster. Et id genus mirabilia, non tantum nostra ætate, sed & superius ribus seculis fecit, quæ omnia quidem recensere præsentis temporis non est cōmemorabimus tamen quod per quam simile videtur. Iudeis & Palæstinis olim præliantibus, victoria potiti hostes, arcā dei ceperunt, & vt opima spolia, cui dāni suæ religionis idolo, cui nomen Dagon, eam obtulerunt. Verum illa constituta in templo, corruit in terram idolum. Et quia ex ea ruinavirtutem dei non cognoverūt, sed iterū erexerunt illud, & in sua sede collocauerunt, sequenti die cum redierūt, videre nō solū collapsum, sed & cōfractū auulsis manib⁹, et pedib⁹ ab hūeris, & ad līmēabjectis reliqua pte corporis i aliū locū dispersa, et vt puū magno cōferaſetiā Sodo-

LIBER AD.B.BABYLAM MARTYREM. FO.XII.

morū terra cū habitatoribus, propterea incendio perdita est, & facta sterilis, vt nō. Quare
 solum qui tunc erant, sed & qui futuri, eorum locorū spectaculo admoniti continē
 tiores euadant. Quod si homines illi solum periissent, forte posteri factum inficias
 irent. Hinc ergo est, quare loco pœna infligitur (nam ille se ad multa tēpora exten
 dit, & omnibus seculis rei gestae memoriā cōmendat) quia lex dicit. Qui eadē ope
 rātur, eadem & patiātur etiam si non per omnia equalis vltio infligatur. Ecce enim
 nunc vigesimus ab incēdio annus agitur, & nihil interim structure perīst, sed partes
 ab igne relictæ stant firmiter: suntq; tam validæ, vt in alios centū & ducētos & mul
 to plures annos durare queāt. Columnarū enīm una tantum, quæ a posteriore par
 te ædis erat cōfracta, non corruit tota, sed a loco suo demota, & dissoluta, muro in
 cumbēs sic remāsit, & pars eius a basi oblique secta apud parietem solidata est, pars
 vero a sectione ad capitulū stat erecta, & ab inferiori parte gestatur. Et quāuis sepe
 numero venti validī eo loco flarint, cōmotaq; & concussa sit tellus, partes tamen a
 flammis relictæ, concusse non sunt, sed stant firmiter quasi clamātes ad futurorum
 emendationē sese custodiri. Et hēc est causa quare non perierit totum templū. Sed
 quare non rex ipse fulmine tactus sit, si quis requirat, aliā inueniet, quē tamen & ipsa
 ab eodem benignitatis & misericordie IESV CHRISTI fonte proficiscitur. Quare
 Nam propterea ignis a capite regis sibi tēperauit, & in culmen templi missus est, vt
 alienis calamitatibus eruditus, recorditā sibi pœnam effugiat, commutata pœna
 & ipso liberato. Neq; hoc solum, vtī primū suę virtutis miraculū dederat CHRISTVS, sed ad hoc etiam multa alia non minora, vt cum nepos, & cubicularius tā
 misere interierūt, famelq; simul vniuersam ciuitatem inuasit. nec non & aquarū pe
 nuria in fontibus tanta post sacrificia eius, qualis nūquam antea fuit, insuper multa
 alia, quæ partim in castris, partim in ciuitatibus contigerūt, ea que tanta, vt saxeā
 animam flectere possent, non solum quia multa, & omnia simul & ordine quodam
 consequenter, sicut olim Aegyptiorū regi, facta sunt, sed et quia in seipsis talia esse
 monstrabātur prodīgia, vt admonēdum spectatōrē alterum altero non egeret, sed
 vnu quodq; per se sufficeret. Nam vt alia omittam. Nihil etiam profecit apud eum
 quin non omnino stupidus erat, miraculū, quod in fundamentis templi veteris Hiero
 solymitanī ostensum. Et quale hoc fuit! Tyrannus videns in omnē regionem si
 bisubditā, CHRISTI fidem esse diffusam, iamq; persuasissē vt ad Persas, aliosq;
 Barbaros atq; ultra illos, & vt paucis dīcam, in oēm quæ sub sole est regionem, cru
 ciabatur quidē & dolebat, et se ad bellū cōtra ecclesiasticos parabat. Ignorabat au
 tem miser se contra stimulū calcitrare. Et primū quidem reædificare conabatur tē
 plum in Hierosolymis, quod in fundamentū vsq; detraherat virtus CHRISTI. parare
 curabatq; Iudaica pagan⁹ existēs, sed hoc agebat vt inde periculū virtutis CHRISTI iudeis
 sumeret. Vocatis enim Iudeis quibusdam, præcepit eis vt sacra facerent. Qui fructu
 dicebant sacrificādī quidem morem quēdam fuisse progenitorib⁹ suis, sed postq; in
 tantū exilium pulsī, & destructū templū nō esse eis fas, templa & sacrificia extrave
 terem Metropolin reparare. Illic et igitur iubet ex gazophylacijs depromi pecunias,
 suppeditarīq; alia quibus ad structurā opus, & abire ac reædificare templū, sic q;
 ad veterem sacrificādī consuetudinē redire. At insipientes illi & ab vtero errantes,
 abeunt & regis mādato obtēperant, sed simul atq; terram euacuare cōperūt, e fun
 damentis exiliū ignis, qui simul omnes fossores consumpsit. Quæ vt regi annūcia
 ta, metu perterritus, ab ædificio destitit. At nec ille sic a demonū deceptione quorū
 se tyrāni semel submiserat, liberari noluit. Quieuit tunc aliquātisper, sed patuo in
 termisso tempore, iterū ad id genus vanitatis se cōnuertit. Nam cū templū extrue

A

B

C

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PSEGMA TVM

Inuidē revltra non auderet, alī unde cōtra nos machinabatur, quāuis in apertum Martem bat iuli descēdere differebat, prīmū quod líquido experiebatur se frustra niti, deīn quod nul la nobis occasione martyrii coronam fauebat. Intolerabile eiū ei erat, si quis adduz̄ij coro ētus in medium, vlsq; ad mortem tormēta pro veritate fortiter sustineret, ita suas ex nam. animo erga nos inimicitias declarabat. Sciebat enim, & sciebat certo si hoc attēta-

Dret, nemo non suam pro CHRISTO animam exponeret. Proinde cum vafer & malignus esset, eos qui ab ecclesiā p̄fectis ob peccata puniebātur, & principatu mis di- ej ciebātur, omnes vbiq; liberos dīmisit, vt sic permīssa pessimo cuiq; potestate, sub gnita- uerteret leges ecclesiā, omnes inter se cōmittens. Ante omnia enim eos facile sub- tes co- iectum iri sperabat, si mutuū dissiderent odij s & disceptarēt. Item quēdam cui Ste- mituit. phano nomen, ob doctrinam peruersam & vitam inq; ecclesiastico principatu eie- ctum, ad magisterij sedem regredi iussit. Maxime autem abolere studebat nomen

Iulia- **CHRISTI**, quod in ipsum retulerāt. & in edictis suis pro CHRISTIANIS Galileos nos vocabat, itidemq; suis principib⁹ demandabat. Sed & intermiracula quæ facta per famem & siccitatē, vt dixi, semper in duricā & insolentia sua perse galile= uerabat. Quin & aduersus Persas bellum ducturus, tanto fastu processit, quasi om- os voca- nes Barbarorū gentes semel excisurus, interminabatur nobis innumera. Dicebat bat.

enim post suum a Persis reditum, ad vnum interempturū se omnes. Nam hoc sibi Persico bello grauius, & minori strentie peracto ad maius pergēdum esse. Hęc no- bis dixerunthi qui a consilijs fuere. Itaq; cum ferueret furor eius in nos, & quotidie insanīæ suæ aliquid accederet, neq; vnq; in eodem, sententia sua perlisteret, suspen- dit primum hoc cōsiliū, postea iterum nobis persequutionē minatus est. Cæterum

Edeus volens ipsum humiliare & cōprimere, etiam hoc miraculum in Daphne fieri voluit, igne superne misso. tametsi ille neq; sic furorē suum dīmisit. Nam cū nimio nostræ captiuitatis desyderio pene disrūperetur, tempus destinatū non expectauit. Deniq; Eufratem trāsiturus, militum lustrationē faciens, cōplures adulatione cor- ruptos & rebelles ab exercitu suo, non amouit, reuerebatur enī ne exercit⁹ suus Per- sico inferior esset futurus. Quis reliqua narraret, quæ vel per heremū vel apud mare vel in Aegypto acciderunt, queq; enim non minus terribilia q̄ ea quibus insensatus Pharaō plectebatur! Et sicuttūc ille nullis prodigijs melior euadens, tādem se cū exercitu perdidit. Ita & hic, quia ad omnia dei miracula incredulus perstitit, nichil inde commodi volens accipere. & inemendatus mansit, & in extremis malis se pes- sundedit, vt quia aliorum periculo melior ipse effici noluit, alijs eius p̄cenis meliores

eius iuli redderentur. Nam quī ot milia militum ducebat, quod nullus vñq; regum, & omnē ani.

Persarum regionem absq; labore, & quasi vna incursione capere sperabat, sic mise- Fames re & calamitose egit, quasi mulierum imo puerorum magis q̄ virorum agmen secū in exer haberet. Primum enim eos insipientia sua in tantam necessitatē induxit, vt & aequi- citiūli nas carnes comedenter, perirentq; fame ac siti. Ita pugnabat aduersus Persas, quasi ani.

Persas capere nollet, & suos illis tradere vellet, quos in tam periculosam conclusit

Fregionem, vt quasi vinc̄tos traderet hostibus. Calamitates autē & miserias illas om- nes, neq; hi qui viderant & experti sunt, narrare poterunt, ita oēm modum & excel- sum transcedunt. Cæterum vt in summa dicatur, posq; ipse turpiter ac miserabiliter cecidit. Dicunt autem quidam ipsum a calore quodā ob rerum difficultatē stoma- chabundo, iaculo fixum interiisse. Alij vero homicidam nullum cōparuisse, & qđ solum percussus sit, & petierit in terra Cylicū sepeliri, vbi nunc & sepultus est. Post q̄ igitur inq; sic fœde interit, milites in extremis periculis se depræhensos videntes, hostibus supplicarunt, vt inde eis liceret abscedere, datis primum iuramentis. Erat

Iuliani
mors

quippe locus ille omnium tutissimus, & nobis quasi murus obiectus, Barbaris autem clementer adnuentibus inde diffugerunt, & redierunt ex multis paucis, ijs quae affe-
ctis male corporibus, & ignominiosi ob deditio[n]em. Vnde & propter data iuramē
ta paternis possessionibus cedere coacti sunt. Atq[ue] nunc est videre spectaculū, qua-
libet captiuitate miserabilius. Nam a ciuiis nostris a quibus gratiam expectabāt,
omnia hostilia passi sunt, qui & eos in littore velut obicem cōstituerunt, vbi in ipsos
omnia pericula recidunt. Et ita a terra sua submoti, agros proprios reliquerūt, & a
paternis possessionibus exciderunt, a suis scilicet h[ab]ec sustinentes. Huic gratiā ge-
nero regi debent, per quem h[ab]ec procurata. Dicta sunt h[ab]ec non absq[ue] causa, vt sa-
tis fieret quæretib[us]. Cur non antea deus regem punierit. Furentem enim ipsum se
pe a destinato impetu retrahere voluit, corrigendo enim alienis malis, sed semp re-
luctatus est, atq[ue] ideo malis extremis traditus. Deus enim facinorū retributionē ve-
ram, in magnum illum diem reponit, per presentes autem p[ro]cenas, supinos & oscita-
bundos excitat, prudentioresq[ue] facit. Talis est dei longanimitas, vt acerbius suppli-
cium his qui ea non vt oportet vt fuit, inferat. Et sicut resipiscētibus utilis, ita obdu-
ratis & peruvicacibus maiorum p[ro]cenarū est occasio. Quod si quis dicit, An non p[ro]p[ter] ob-
vidit deus tyrannum fore inemēdabilem dicemus. Previdit quidem, sed propter no-
stræ malitiæ præcognitionē opera sua nō intermittit. Etiam si nos admonitionem
eius non accipimus, benignitatē tamen suam ipse monstrat, sed si p[ro]gimus & in ma-
iora mala non præcipitamus, non iam ipse in causa est, qui non ideo longanimis ut
pereamus, sed vt saluemur, sed nos qui ineffabilem eius patientiam contemnimus.
Atq[ue] tunc misericordia sua perspicua fit, quando a sua longanimitate utilitatem ipsi
accipere respuimus, ipse vero eam in aliorū vertit usum. Vbiq[ue] enim misericors cō-
probatur & sapiens, id quod & hic factum. Tyrannus enim ita vitam finiens, & fu-
roris sui, & virtutis beati Babylæ monumēta reliquit. Et templum quidem Daph-
nes desolatū est, Martyris autem ædes eādem operationem habet quam prius. Tu-
mulus vero non iam iterum reparatur, idq[ue] diuina dispensatione, quo magis perspi-
cua sint accedētibus magna beati facinora. Nam quisquis eo venit, & martyrem in-
quirit, & dein illuc non inuenit. statim causam sciscitur, auditaque historia plusq[ue] an-
tea lucri deferens abit, similiter si ad Daphnem vadit, maiore commodo inde rece-
dit. Talis martyru[m] est virtus, siue viui sint siue mortui, siue locis suis assint, siue ab eis
recedant. Preclara enim eorum opera ab initio usq[ue] ad finē copulata sunt. Ecce xl. Epylo-
tus est beatus leges dei cōtemptas, pro occiso p[ro]cenam exposcit, demō stravit, quā-
tum interest inter sacerdotiū & regnum, dissoluit omnē mundi fastum, et concul-
cauit vite huic inanem apparentiā, docuit reges, ne vltra datam sibi a deo mensurā
potestatē exerceant, docuit & sacerdotes, quomodo & ipsi suo principatu debeant
vti. Eth[ic]e quidem cum in carne esset, atq[ue] his plura. Vbi autem hinc emigravit, etiā
nitoribus & philosophis & rhetorib⁹, ea respuere docebatur, quod sane difficultissimum
erat, at difficultius nouam accipere consuetudinē quæ nuper irrepserat, illamq; valde
laboriosam. Abduxit enim CHRISTVS a voluptate, & induxit ad ieiunitū, ab
D
Vita
christi.
duxit ab amore opum ad amorē paup tatis, abduxit a luxu & induxit ad temperan
tiam, abduxit ab ira, induxit ad māsuetudinē, abduxit ab inuidia & induxit ad beni
gnitatem, abduxit a via lata & spaciofa, & induxit in angustā & arctam & præruptā,
et induxit assuetos vīte latæ. Neq; enim alios homines extra hunc mūdum & con
suetudinē viuentes assumpsit, sed illos ipsos qui in talibus vitijs cōputruerant, & luto
molliores erant, iussit ut angustam & arctam vīam asperā q; illam & duram ambula
rent. Et persuasit eis. Quot autē p̄suasit? Non duobus vel decem, vel vigintīvel cē
tum, sed omnibus ferme sub sole habitatibus. Et per quos persuasit? Per viros unde
cim illiteratos, priuatos, ineloquētes, obscuros, pauperes, patria, facultatibus, robo
re corporis, præcellentia glorię, dignitate progenitorū, vehementia rhetorices, emi
nentia scientię carētes, per pescatores, per pelliones, per barbaros. Neq; enim eadē
illis & auditoribus vox, sed extraneum plane & peregrinū sermonem a linguis eo,
rum quibus prædicabāt, sortiti erant, Hebraicū dico. Atq; per hosce edificauit Ec
clesiam hanc, quæ a finibus usq; ad fines extēta est. Neq; hoc solum mirabile q; pri
uati & pauperes illi, & parui & ignobiles, & illiterati & viles, & exotici sermonis, &
contēptibiles, totius orbis correctionē attentarunt, sed & quod ad longe difficultio
ra opera ipsum ducere iussi, non hoc in pace fecerūt, sed infinitis bellis hincinde ex
E
citatis. Nam in unaquaq; gente & ciuitate. Et quid dico, gente & ciuitate in singu
lis domibus gerebatur bellum. Radicata enim hæc doctrina, & puerū s̄ape a patre
diuīsit, & nuptā a socru & fratre a fratre, & seruum a domino, & subditū a principe,
et virum a muliere, & patrem a pueris (neq; enim simul oēs crediderunt.) Adhæc,
quotidianas inimicitias, cōtinua bella, multasq; ipsis mortes attulit. Et fecit ut apo
stolos quasi cōmunes hostes, & inimicos pleriq; auersarētur, abigerētq; eos a se om
nes, reges, principes, priuati, liberi, serui, populi, vrbes, & nō solum ipsos, sed qđ
grauius, nouitios in fide, & eos qui ab ipsis instruebāt. Eodem enim bello preme
Doctri
na chri
sti vide
bat se =
bantur & discipuli & magistri. Videbatur enim doctrina hæc cōtraria præceptis re
gij & cōsuetudinī, & patrijs moribus, quandoquidē adhortabatur ab idolis absti
nēdum esse, despectui habenda altaria, quæ patues p̄genitoresq; ipsorū coluerant,
ditiosa.

F
ptinebant, omnibus manifesta erant, vt pote flagella, colaphi, alapæ, sputa, crux, ir
risio, probra, quæ oēs in eum iactabant, & sepultura quæ partim bñficij loco erat,
at resurrectio non itē. Nam resurgēs solis discipulis apparuit, verūtamen & eā dicē
do p̄suaserunt, sicq; ecclesia edificauerunt. Quo pacto & qua ratione? Virtute eius
qui iussit, ille enim preuius omnia faciebat, reddens etiam facilita quæ dura. Nisi enī
omnia. diuina quedam virtus effecisset, nequaquā hæc vel principium, vel præludium acce

pissent. Quo enim modo ille qui dixit, fiat cœlum, & monstrauit opus, fundatur terra, & eius substantiam induxit, fulgeat sol, & inducauit astrum, omniaq; verbo operatus est eodem modo idem & ecclesiæ illas plantauit. Et verbum hoc, ædificabo ecclesiæ meæ, hæc omnia operatū est. Illa verba dei considerūt opera tam admirabilia, & quæ nemo expectasset. Nā sicut cū dixit. Germiet terra herbā feni: et oīa mox hortus erant, & omnia pratum, terraq; mandatum suscipiēs, infinitis ornabatur plantis. Sic & nunc cum dixit, ædificabo ecclesiæ meam, multa acceleratiōe facta est, etiam contra illam tyrannis se armatis, & militibus arma mouentibus, & populis plus valido igne, insaniētibus, & oblectante consuetudine etiam oratoribus v erbi & sophistis, & diuitibus, & principib⁹ insurgentibus, sermo dei velut ignis validus diuini adueniēs spinas consumplit, agros repurgavit, seminauit verbum prædicationis. Et victoria, licet hi qui crediderunt, in carceribus seruarentur, despectui essent, amitterēt substātias, occiderentur, traderētur igni, submergerētur aqua, & omne tormentorū genus sustinerēt cum summa ignominia, & persecutionē paterētur, vt hostes publici, plures tamē semper accrescebant, non solum nihil ex afflictionibus aliorū facti segniores, sed & multū alacriores, & ad pulchram hanc piscationē assiliebāt, sic q; a piscatoribus capiebantur, nō coacti, nō vīm passi, sed sponte accurrētes, gratiamq; habētes adducentibus. Et quāuis viderent fluere torrētes sanguinis credētium, feruentio profecta tamen reddebātur in fide, & fidētiores. Et non discipulis solum, sed & magistris euāgelij vincit⁹, fugatis, flagellatis, aliaq; mille mala passis, discipuli plures fiebant, & magis studiosi. Quare Paulus clamat dicens. Atq; adeo plures fratres freti in dominovin culis meis, vt abundātius audeant improvi de sermonē loqui. Et alibi iterū, V os imi Phili, i. tatores facti estis Ecclesiārum dei, que sunt in Iudea, quia eadē passi estis que et nos a cognatis p prijs, prohibētibus nos loquī gētibus, vt saluētur. Alijs quoq; scribēs sic dicit. Memores estote dierum pristinorū, in quibus illuminati graue passionū certamē tulistis, scientes meliorem habere substantiā in cœlis, & manētem. Vides vir, tutis excellētiā, que tanta operata est! Nam qui tanta patiebātur, non solū nō egre Heb. x. ferebant: vel deficiebant, sed & gaudebant, gestiebant, exultabant. Et de discipulis quidem dicit, quod publicationem substantiæ cum voluptate acceperint. De magistris vero, quod ibant a conspectu consilij gaudentes, vtpote digni habitū pro nomi gaudium ne IESV contumelī pati. At de seipso ait. Gaudeo in afflictionibus meis, et adīm tideiū pleo, quod reliquum afflictionū CHRISTI in carne mea. Et quid miraris, quod in afflictionibus gauisus fuit, cum & moriturus, nō solum gaudebat, sed & discipulos ad cōmunionem leticiæ suæ vocabat: quod sane excellenter letantis animæ erat, sic enim ait. Gaudeo & cōgratulor omnibus vobis, id ipsum etiam vos gaudete & con gratulamini mihi. Et quid factum est dicito, quod tāto gaudio impletur. Ego enim (ait) immolor, & tempus meæ resolutiōis instat. Sic igitur ædificabāt. Alioquin nullus Mira edificare potest parietem vñū, quē lapidibus & calce extruit, si impediatur, & fūedificatur, illi autem etiam ecclesiæ in toto orbe vñiq; extruxerūt, licet ligarentur, perse quitionem ferrēt, fugarēt, proscriverēt eorum bona, flagellis cederentur, occiderentur, comburerēt, submergerēt vna cum discipulis. Et ædificabant, non lapidibus, sed animabus & institutis, quod plane multo difficultius, q; lapidibus extruere Non enim par est, cōstruere sensibilem parietem, & animæ tantis temporibus a de monibus irritatæ persuadere, vt ab insanis illa desistat, & ad tantam perueniat temperatiā. Nihilominus hoc potuerunt nudi illi, et calceis carentes, & vnaveste amicti per vñuersum orbem currentes. Habebant enim adiutricem & cōmilitātem in uitam virtutem eius, qui dixerat. Super petram hanc ædificabo ecclesiæ meam, et

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI PSEGMA TVM LIBER

portæ inferi non præualebūt aduersus eam. Numera, quod tyranni ab illo tempore aduersus ipsam instruxerūt acies, quo grauissimas persequentes mouerunt, quomodo toto priori tempore, quando nouitia erat fides, & nuper plātata, teneræq; hominum metes, gentiles regnabant Tiberius, Caius, Nero, Vespasian⁹ & Titus, & Cœs^{im} post illum omnes, vñq; ad beati Constantini tempora, & omnes illi, alijs minus, alijs se patores viuis infestabant ecclesiam, infestabant tamē omnes. Quod si qui ipsorum, vñsi sunt illedeles māsueti, hoc ipsum quod reges manifeste in impietate erant, materia aliqua bellorum Cœstati erat, cum alijs eis adulterantur, alijs satagerēt, vt aduersus Ecclesiam bella susciperent tūnum. Verūtamen insidiae & machinationes illæ omnes leuius quam araneorū telæ discer-

Daptæ sunt. Et ea quibus nos inuadebāt, & quibus insidiabātur, cītius fumo dissoluta, puluere preterierunt infirmiora. Magnum enim nobis numerum martyrum impletūt, immortalesq; illos ecclesiae thesauros reliquerunt, & colūnas, & turres, & eos qui non solum viuētes, sed & mortui posteris magnævtilitatis materia facti sunt. Vi des prædictionis robur? Et portæ inferi non præualebūt aduersus eam. Ab his & de futuris crede, quod nullus obſistet. Si enim cum ex paucis cōſtaret cum nouæ ſedē opus eſſe videretur, cum noua haberetur doctrina, cum tot bella, tot pugnē vbiq; cōmitterentur, non præualuerunt, non obſtiterunt, multo magis cum vniuersum orbē & omnem locum, & montes, & colles, & valles, & terram, & mare, & gētes omnes que sub cœlo sunt comprehēderit. Parum est, quicquid reliquū est impietatis, præſertim sublati templis/altaribus/idolis/omnibusq; festis & sacrificijs & fumo & ni dore/& prophanis cōuentibus, Quo pacto ergo tale atq; tantū negocium / totum nitum obſtaculis / finem habere potuisset, tam clarum veritati exitum testificantem

Enī diuīna quedam et inuicta virtus fuisset, que et hæc prædixisset / et p̄ fecisset? Nullus vñiq; his contradixerit / nīsi quis valde insanus, et totus stupidus sit, natureq; sensu priuatus. At non hæc tantum, sed et ceteræ eius prophetiæ, et alia inuicta eius potentiam testantur. Nam futura verissime prædixit, et ad finem felicissime perduxit. Adeo q; impossibile est, vt intercidat vel vnum verborum, quod ab eo dictum, imo cītius peribit cœlum & terra, q; aliquid verbum in prophetia, falſo dictum coargui possit. Propter quod & ipse anteq; res fieret, hoc ipsum declarās, de dictis suis ita manifeste affirmauit. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea nō transibunt. Et merito, nam licet verba sint, sunt tamē verba dei, & per que res condūtur, sic cœlum fecit, sic angelorum multitudines, sic alias inuisibilis potestates. Quod manifestum faciēs propheta dicebat. Dixit & facta sunt, mādauit, & creatas sunt, de omnissimul creatura tam quæ supra q; quæ infra nos, tam sensibili q; intellec̄tuali, tam corporea q; incorporea, ea pronūcians. Indicabat igitur vt antea cōmemorauī, prophetia de ecclesia, magnitudinem, pondus, & eminētiā veritatis, prudētiæ, bonitatis, & curæ eius. Age & aliam eius prophetiā in manus accipiem⁹, quæ sole & radijs eius sit clarior, que ante omniū oculos sita, quæ in omnes subsequuturas generationes protrēdatur, sicut & prior. Nam id genus sunt multa eius vaticinia, non cōſummantur breui tempore, neq; in una generatione cōplentur, sed ad omnes pertinēthomines,

Ftam ad eos qui sunt, q; qui futuri sunt post illos, et iterum ad illorum posteros, & eos qui illos quoq; sequentur, & ita vñq; ad seculi cōſummationem, omniaq; docentve, ritatis illius fortitudinem, quēadmodū & prius vaticinū. Nam a die qua dictum est constat Ecclesia solida, & stabilis, ac inuicta, florēs & fulgēs, & indies magis ac magis vīgens, crescens, & plus roboris sumens, & omnibus qui ab illo die, vñq; ad dominū aduentū futuri sunt, prēstas vt summos inde fructus, & ineffabile utilitatē carpe, re queāt. Nam & qui āte nos, & qui āte illos, & qui multo superi⁹ fuere, cognouerūt

Mat.
xxiiij.
Verbū
Christi
efficax
et īmor
tale,

eius virtutem. Videntes enim eam vexari bellis / periculis / tumultibus / turbis / fluctibus / & tempestatibus: & neq; sic submergi / vinci / superari / & extingui / sed florere / crescere / & extolliri. Et hoc vaticinum quod nunc dicturus sum, tale est ut demonstrare possit eius robur, ac dictorum eritatem. Et quae nam prophetia illa? Ingressio alii

A

quando IESV in templu iudaicum, florens tunc & vndequeq; fulgidum auro, conspicuumq; tam pulchritudine, quam magnitudine ædificiorum, ac alia quacunq; magnificantia, non solum artificio, sed & materia, admirantibusq; discipulis. Quid inquit? Nonne videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non manebit lapis super lapide.

Matth.
xxiiij.

Fam subversione ibidem declarans, desolationem / interitum / ruinam, quæ nunc in Hierosolymis. Omnia enim ædifica illa, quævis fulgida & preclara corruerunt. Vides in utroq; magnam & ineffabilem eius potentiam, in eo quod se colebat augebat & ædificabat, & in se impingentes humiliabat, destruebat, & radicitus euellebat. Nusq; enim huic simile templum erat, & tam venerabile, & quod tanto cultu insigne. Nam in toto orbe habitantes Iudei etiam in finibus terræ, illuc olim proficiscicebatur, dona, & hostias, & oblationes, & primitias, & multa alia ferentes, orbisq; diuinitatis templum ornabant, confluabant enim eo omnes ex toto orbe aduenæ Iudei, itavit celesterrimū nomen loci esset. etiam in extremitatibus terræ. Sed vnum verbum CHRISTI omnia illa obscurauit, et perdidit et quasi puluerē e medio eiecit. Et illuc olim neq; Iudeis omnibus, neq; sacerdotibus omnibus, sed vni soli sommo sacerdoti intrare licebat, & hoc semel tantum in anno, & cum stola coronis, & mira alioq; amictu sacerdotali. Nunc autem & meretricibus, & mollibus / & effeminateis / & moechis ingredi licet, nec est qui prohibeat. Nam vt verbum illud aduenit, omnia euane scere fecit, & perdidit. Et aantæ solum supersunt templi reliquiae, ut mōstrari queat olim ibi fuisse templū. Cogita ergo quæta et hoc sit virtutis. Nam cum hi qui olim

Hierosolymorum destructio
Tephi
Hierosolymitas
nidestru
ctio &
pphasatio.

tam potentes erant, ut se apponerebant populis, et regibus, et absq; sanguine, vbiq; hostibus preualerent, miros et inopinatos triumphos statuentes, illi templum vnum ab illo die vsq; in hodiernū re edificare non valuerunt: quævis tot tantisq; reges, & tanta multitudo in toto orbe dispersa ipsos iuuarerent, essentq; sibi tantæ opes. Vides quomodo

quæcunq; ædificauerit, nullus destruet, & quæcunq; destruxerit, nullus edificabit. Aedificauit ecclesiam, et nullus eam destruere poterit, destruxit templū, & nullus

illud ædificare poterit, idq; in tam longo tempore. Nam et illam destruere conatis sunt et non potuerunt, et hoc ædificare attentauere, et nec id ipsum potuerunt. Concedatur autem hoc (quod nullus dicere poterit) si attentassent, potuissent, ecce attētarunt,

et nihil valuerunt. Enim uero rex, qui hac nostra ètate omnes alios impietate precellebat, et facultatem tunc dedit, et cooperatus est, et opus incipiebat, sed nec in minimo profecerunt, nam ignis in fundamētis exiliens, omnes ipsos fugauit. Quod au-

tem voluerint, etho cùndicium est, quia vsq; nunc manent fundamenta denudata, vt

videas quod attentarunt quidem effodere, non valuerunt autem extruere. Nam ob-

sistebat eis hoc CHRISTI verbum. Quamvis autem et olim destructum templū illud attamen cum post septuaginta annos redirent, statim excitatum est, fuitq; prior

re multo preclarus. Et dicunt hoc prophetæ, & predicunt priusq; factum. Nunc au-

tem supra quadragesimum annum est. & nulla vel cogitatio, vel expectatio est, sed neq;

spes quod istauretur. Et quid obstabat, si non diuinavirtus obiectata esset? Non cer-

te opum penuria, quarum multa illis copia, neq; patriarcha, qui omnium vndequeq;

colligebat tributa, & immenses thesauros possidebat, non raritas populi / non pudor

non lites / non inscitia, non bella, non hic qui in Palestina, non qui in Phœnicie, non

alia multitudo. Quomodo ergo non potuerunt vnum templum extruere presertim

C

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PSEGMATVM LIBER

videntes cultum suum alioquin bīq; residere quasi ligatum, & Iudaicos ritus aboleri & sacrificia & oblationes & alia legitima auferri: imo nō licebat eis excitare vel tem

plum, vel altare, aut sacrificium offerre, aut immolare ouem, aut imponere thymia-

ma, aut recitare legem, aut instituere festa, aut aliud quiddam, quod vel in vestibulis

D quondam agebant. Porro cum olim in Babylone essent, & cogebātur ab hostibus

ut psallerent, non eis parebant, & licet serui, & captivi, dominis tamen & imperato-

ribus non obediebant, sed quia patriam, & libertatem amiserant, & periclitabantur

psal. exxvi de vita, in medio laqueorum, & in manib; potētū derelicti, iussiq; canere cantū

i baby: cum in organis, sic dicebāt. Super flumina Babylonis illuc sedim? & fleuimus, quā

Quērādo interrogabant nos, qui captiuos duxerant nos. Quomodo cantabimus cantū

eyāni domini in terra aliena? Neq; quis dicere poterit, quod ob organorum penuriam, lu-

dē passi etum faciebant, nam & ipsi causam posuerant dicentes. Quomodo cātabimus can-

ione, ticum domini in terra aliena? Nam in salicibus in medio eorum suspendimus orga-

na nostra. Sed neq; ieuniū ieunare licebat, et hoc declarās propheta dicebat. Non

danie, i ieunabitis ieunium mihi septuaginta annis dicit dominus. Et quod neq; immolare

neq; sacrificare eis fas erat, audi a tribus pueris dicētib;. Non est princeps, neq; pros-

pheta, neq; dux, neq; locus primitiarū coram te, vt iueniri queat misericordia. Nō

dixit non est sacerdos, aderant enim sacerdotes. Sed vt discas quod hoc totum illius

loci erat, & omnia quæ a lege statuta, tunc erant impedita dixerūt, non est locus. Et

quid de sacrificādo & litando inquā prorsus ipsam legem legere non licebat. Quod

& alijs propheta citans ait. Et legerunt absq; libris legem, & indixerūt confessionē

non pascha, nō pentecosten, nō scenopiegiam, neq; aliquid quicquam illorū. Attamē

E nunc cumvident, q; solitudo eius loci ab his omnibus eos excludat, & quod attenta-

xunt quidem, sed temeritatis pœnam luentes, non potuerunt locum (in quo hēc om-

nia licebat legitimate operari) erigere et cōstruere. Nā virtus CHRISTI, quæ edifi-

cavit ecclesiam, eadem & templum destruxit. Et p̄dixerūt prophetæ etiam hoc

quod aderit CHRISTVS, & hæc operabitur. Et quidam post captiuitatē sic dī-

cebat. Propter quod et in vobis concludētur ianuæ et non accēditur altare meū gra-

Mala, i tis, nō est mihi volūtas in vobis. Quia ab oriēte solis usq; ad occidentē, nomē meū

glorificatum est in gentibus et in omni loco sacrificium offertur mihi, et oblatio pu-

ra. Vides quomodo manifeste et Iudaismū eiecit, et Christianismū monstrauit ef-

folgentem vbīq; in terra diffusum, rationemq; cultus significauit? Alius iterum. Et

Amos, adorabit eū vnuſquisq; a loco suo, et seruiet eī ſub iugo vno. Alius quoq; ait. Virgo

.v. Daz Israel cecidit super terrā suam, nō est qui erigat eam ultra. Et Daniel manifeste om-

niel. ix. nia hæc narrat, et quod omnia auferentur, sacrificium, et imolatio, et vncio, et iudi,

Epilo gus. cium. Sed hæc omnia quādo cum Iudeis conferemus manifestius et latius confide-

rabimus. Iam autem in instituto itinere manētes, gentilium stultam cōtētionem re-

Euāge dargūmus. Non tibi dixi mortuos fuscitatos, non leprosos mundatos, vt nō dicas

listarū hæc, mendacia, figmēta, & fabulas, quis vidit? quis audiuīt? Et quāuis qui dixerunt

F quod crucifixus sit, & a Iudeis & cōspitus, & alapis cēsus, & colaphis, illi etiā hæc

dixerunt. Quomodo dignos fide putas in illis, in his vero arguis, quasi dixerint nō

facta? & si ad gratiam magistris sui hæc scripsissent stulte, & fruſtra iactassent, si non

tacuissent, quæ multis ignominiosa & duravidentur. Nunc autem eorum veritatem

monstrarunt hi qui in his maxime cōuersati sunt, omniaq; valde diligenter, & ma-

gna copia tractarunt, neq; paruum neq; magnum p̄termittēdo, sed insignis et mi-

raculī plura transierunt, omnia autem quæ ad passionem attinent, & quæ contume-

liosavidentur, ab omnibus dicta sunt. Verum ego nihil horum tibi dixi, de signis &

IN IVVENTINVM ET MAXI.MARTY. FO.XXIII.

míraculis loquor, vt abundáter omnem ímpudéti linguae furorē compescam. Sed in medium attulí ea quæ nunc apparent, & quæ nunc ante oculos sita sunt, quæ sole clariora, quæ vbiq; in toto orbe dispersa, quæ i top orbe recepta, factaq; sunt, itavt hūanā naturā trascédēt, sintq; dei soli⁹. Quid dícis? nō suscitauit mortuos. An & hoc potes dicere, qđ ecclesiæ nō sint per totū orbē vel qđ nō i sidiis passæ, vel quod nō i festatæ vel qđ nō vicerint & obſtiterint? Sed sicut díci nō potest, qđ nō sit sol, ita nec hæc. Quid autem templi Iudaicī subuersionem dicam? Non vides ante oculos toti⁹ oibis hæc cōspicua? Quare nō ipse tecū expēdis? Si nō deus esset CHRI STVS, quomodo colentes eum, sic aucti forent, cum diuexarētur. Athi qui cru-
ce fixerunt eum, & impegerunt in petram & sic humiliati sunt, vt & totam rempublī cam perdi erint, ipsiq; vagi, errones, & profugī obambulēt, neq; nullus ex eis in tā ta.
to tempore liberatus est, quāuis tunc tam potētes Iudej illi fuerint, vt aduersus Rho manorum príncipatum bellum decreuerint, & arma mouerint, & longo tempore il lis se opposuerint, etiam aliquādo vicerint, & negocia fecerint non vulgaria Augu-
stis, tanta ipsorum potentia erat. Verumtāmē qui cum tantis regibus bella gessere,
& in acie decertarunt, & opum tantam potētiam, ac armorum & milítum habuerūt
totq; milites, ac fossores, ynum nō potuerunt extruere templum, sed synagogas in
omnibus ciuitatibus ædificant. Vnicum autem locum, a quo suæ reipublice domi-
nium cœpit, & vbi omnia facere consueuerunt, & vnde Iudaismus collectus est, non
possunt excitare.

IN IVVENTINVM ET MAXIMVM MARTYRES.DI VI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERNO IO.OEGO-
LAMPADIO INTERPRETE.

B Eri beatus Babylas cum tribus pueris nos hīc cōgregabat. Hodie ve-
ro par sanctorum milítum, in acie exercitus CHRISTI comparet.
Heri quadriga martyrum, hodie biga se ostendit. Impar eorū est ætas
sed par fides. Varia certamina, sed eadem fortitudo. Illi tempore supe-
riores, isti recentiores, qui thesausus est ecclesie, nouas & veteres habē-
tis margaritas, sed vna omnium est gratia. Horum flos neq; languescīt, neq; defluīt
tempore. Nescit vetustatis rubiginem, eorum splendoris natura. Temporis accessio-
ne opes quæ ad corpora spectat, facile intereunt, vestimenta absumuntur, domus de-
struuntur, & aurum rubigine consumitur, & in summa omnis sensibilis substātia na-
tura, tempore tandem aboletur, & intercidit. At non sic se res habet in spiritualibus
thesauris, de martyribus inquam, qui semper in eodem manēt vīgore, semper in eo-
dem iuuētutis flore sunt, semper suę glorię fulgorem emittunt & radios. Quod cum
& vos scitis, non aliter priscos, aliter recentiores colitis sanctos, sed eadem alacrita-
te omnes. Spectatis enim non tempus, sed animi fortitudinem, fidem, zelum ferui-
dum, & eas virtutes, quas pr̄ se ferunt sancti, ob quorum honorem hodie conueni-
mus. Hī enim tanto amore dei flagrabāt vt etiam extra persequutionis tempus, mar-
tyris corona redimiti fuerint, absq; pugna triumphum retulerint, absq; pr̄elio victo-
ria potiti sint, absq; theatrī certamine brauiū rapuerint. Et quomodo hoc? Ego di-
cam sed forsitan, vt res paulo altius enarretur, operę precium fuerit. Erat rex quidā
etiam nostro æuo omnes qui se pr̄cesserunt, impietate vincens, de quo & heri a me
dictum. Qui cum videret res nostras, martyrum morte clariores fieri & ea causa nō
solum viros, sed & teneros pueros, virginesq; nondum nubiles, & in summa ex om-

B

C

Julian⁹

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PSEGMA TVM LIBER

nisexu & ætate quosdam pro religione ad mortem pro silire cruciabatur & dolebat Cæterum mouere bellum manifeste nolebat. Omnes enim dicebat, ad martyrium quasi ad aluearium apes volabunt. Hæc autem non a semetipso habebat, sed a progenitoribus suis dídicíerat. Etenim cum & illi, vt pote tyranni, ecclesiam infestarent,

D & populi quoq; in nos insurgerent, quamvis adhuc parua religiōis scintilla esset, nō expugnarunt, neq; confregerunt, sed ipsi potius cōfracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hæc, ferebatur q; in sublime, & omnem circū circa orbem inuadebat. Cum occiderētur, adurerētur, suspēderentur, præcipitarētur, bestijs obijcerētur fideles, carbones sicut lutum calcabant, mare & fluctus sicut pratum intuebātur, ad gladiū sicut ad diadema et coronam currebāt, omniaq; tormentorum genera ita cōtenebāt

Fides vt ea non solum generose & fortiter ferrent, sed & alacriter, & volupe. Enim uero si oppositā plātæ rigatę magis crescūt, ita & fides nostra oppugnata magis floret, & seditione agitata, in cremēta maiora sumit. Neq; horti aquis irrigati ita germinat, & fructū

Iuliani & sicut levideret, meticulosior erat, q; vt manifeste cū nostris confligeret. Non (inquit) triā malī phos & victorias, & coronas mutuo parabimus. Sed quid facit? Vide oromalignitatē. Medicos, & milites, & oratores omnes, vel a professionibus suis discedere, vel

E fidem suam obiurare iubet. Excitauitq; in hunc modum contra nostros bellum, vt si a fide desisteret, ridicule vincerētur, vt pote qui fidem opibus non preferret sin generose perseverarent, & vincerēt, neq; sic egregia foret victoria, neq; insignis triūphus Nihil enim magnum, artem vel professionem pro pietate cōtemnere. Neq; is saeui

Catum tiæ eius finis erat. Nam ad hæc, si quis superioribus annis, cum adhuc pīj reges rerū potirētur, vel altaria demolitus fuisset, vel templa suffodisset, vel oblationes diripuisset, vel aliud tale quiddam egisset, rapiebatur ad tribunal & occidebatur, etiam iſons & duntaxat delatus. Fingebat quoq; & alias varias causas, ita vt pīe viuētū nemo non lugeret. Agebat autem hæc, vt obscuraretur, contemptaq; esset martyrii corona & nihilominus cædes & strages fierent. Nihil tamen arte hac proficiebat. Nam qui ita affligebantur, nō ad illius calculum & malignitatem spectabāt, sed ad incorruptum iudicem, a quo & cœlestem coronam accepturos se confidebāt. Interea cū hæc ita se se haberent, & bellum quidem rex parturiret aduersus nostros, cessaret autem, veritus ne vinceretur, accidit vt milites quoddam conuicium haberent, in quo & martyres quos hodie colimus, erant. Cæterum, vt conuiciorum mos est, quum varijs sermones hinc inde dicerentur, alij q; alia tractarent, martyres nostri, mala sui seculi inter se deplorabant longe feliciora fuisse superiora asserētes, dicebātq; & interserit se & ad sodales. Quem iuuaret vtraviuere vel spirare, vel solem intueri, sacris legibus ita conculcati, pietate ita violata, creaturarum omnium domino ita cōtempto.

F Omnia nido re plena sunt & fumo, omnia sacrificijs immundis referta. Proh, neq; purum aerem spirare possum⁹. Dicta hæc ne perfunctorie transeas, sed consydera quādo ealouquiti sunt, & quāta pietate. Nam si i militari symposio vbi regnāt ebrietas & intemperātia, vbi certatur de prodigalitate, vbi agon est stuporis & insipietiæ sic ingemiscebāt & lugebant, quales erant domi, quum soli inter se agerent? Quales erant in precibus & ieiunijs, qui delitiarum tempore, tam humiliati & tam apostoli capre se ferebant pectora? Cantabant alij, hivero lugebant. Impie agebant alij, hivero zelovrebantur. Sane ipsi ob fratrum valetudinem suam sanitatem nō sentiebāt. Sic dolebant & lachrimabātur in malis quæ tunc fiebant, quasi vniuerso mundo tutores dati essent. Neq; clādestinum fuit, talia eos dixisse. Nam ex sodalibus & coniūnis, adulator & irrisor quidam, obsequium regi facturus, omnia vt dicta erant de-

tulit. Rex accepta occasione iam diu quæsita, causatus est ex verbis illis, affectatam tyrannidem, ut ita martyris corona priuaret, & iussit confiscatis facultatibus eorum omnibus, nudos eos in carcerem coniici. Illi autem gaudebant & exultabant dicentes. Quid nobis diuitijs, preciosaque opus! Si & in dusum intimum, nempe caro propter CHRISTVM Mexuendum est, non oblictabimur sed sponte cōcedemus. Et oculis dicto scripti sunt libelli idices, cōfiscataque omnia. Porro vt homines in partiam migraturi, substantiam omnem in pecuniam commutatam præmittunt, ita & illi in cœlos transituri, inimicis ipsis negotium agentibus, & in hoc ministrantibus, opes suas ante se miserunt. Non enim illæ tantum opes, quas eleemosyne nomine dīspendimus, transferūtur in cœlum, sed etiam quascūq; nobis hostes fidei piorumq; perseguutores rapiunt, alibi thesauri erunt. De hoc audi quid Paulus dicat. Et rapinam, inquit, facultatum vestrarum, cum gaudio tulistis, scientes vos habere, meliore substantiam, & manētem in cœlis. Ut autem ingressi sunt in carcerem, cōfluxit ad eos omnis ciuitas, tametsi multis terroribus, misis, & periculis interdictum erat, ne quis vel eos accederet, vel eis loqueretur, vel quovis modo communicaret. At qui timor dei efficiebat, vt non curaretur ea principis mandata. Vnde multi ob consuetudinem, quam cum martyribus habebant, facti sunt et ipsi martyres. Multi enim tempta presentivitatem, frequenter eos visitando, sacras apud eos vigilias continuas psalmis perficiebant. Erant familiaritates ille, spiritualis eruditionis atque consolationis in carcere plene. Et clausa quidem tunc est ecclesia carcer autem ecclesia factus est. Neque his hominibus qui eos visabant, sed & qui intus cum eis tenebantur, meram sapientiam, & virtutem, a patientia & fide eorum discebant. Rex, vt hęc audiuīt, valde stomachus est, cupiens tamen eos supplantare & ab alacritate sua destituere, auaros quosdā homines & impostores subornauit, qui si quando priuatum colloquium se se offerret, eos accederent, non vnta rege missi, sed quasi singulari compassionē & proprio cōsilio id agentes, & adhortarētur, vt a religione desistant, & ad impietatem transeant. Dicebat enī, Siconon solum imminēs periculum effugietis, sed maiori dignitate honestati, maiorem quoque principatum adepturi estis, regis ira sic feliciter placata. Nonne vidistis, & alios vestri ordinis idipsum fecisse? Quibus illi responderunt. At qui nos hac postissimum ratione viriliter stabimus, & pro illorum ruina nos metipos in sacrificia oferemus. Benignus & misericors nobis dominus est. Solet etiam vno accepto sacrificio toti orbi conciliari. At sicut olim tres pueri dixerunt. Non est in tempore hoc princeps & propheta & dux, neque sacrificium, neque incensum, neque holocaustum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam tuam, sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Quasi in holocaustis arietum & thaurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium. Ita & illi vidētes altaria subuersa, clausas ecclesias, sacerdotes fugatos, fideles omnes in exilium actos, studebant, vt pro omnibus offerrentur domino, relictisque militaribus signis, angelicis se se choris adiungarent. Quocirca & dicebant. Quid enim si nunc non moriemur, moriendum tamē omnino est, nō multo posthac. Satius igitur fuerit mori pro rege angelorum, q; pro rege tam impio. Hic & si moriatur quis pro rege, nihil accipiet a rege sua dignum fortitudine. Et quid posset defuncto prestaret, si vel maxime vellet? At qui eis se penitentia ne sepultura quidem contingit, & non raro a canibus deuorātur. Quod si pro rege angelorum mortui fuerimus, certius nos accepturos corpus multo gloriōsius, maiori gloria conspicui erimus, longe maiora nobis erunt laborū prémia. Proinde arripiamus arma spiritualia, non opus iaculis & sagittis, sufficit p; omnibus lingua. Sunt enim & sanctorū ora pharetræ, e quibus diabolico capiti, continui & cretræ.

A

Opes
oblate
ab hosti
b; fidei
thesau
ri.

B

Cacet
ecclesia

C

Ora san
ctorum
pharetræ

DIVI IOANNIS CHRYSOSTO. PSEGMA TVM SERMO

briictus inferuntur. Nunciata sunt & haec atq; similia regi, qui nec sic destitit, sed illecebrarum escis iterum atq; iterum illos tentauit. Ita autem mandauit, quod si cederent vici, sub omniū oculos produceretur, sin fortes perseveraret ut perduellionis rei educeretur & occideretur, neq; vlla christianæ professionis, ob quam tenebatur, mētio fieret.

Dicit qui reuelat profunda & abdita, non permisit ut machinationes illæ occulte manerent, & ignotæ insidiæ. Nam quæadmodum olím, mulier Aegyptia Iosephum in lecto apprehedēs, licet speraret factum suum clam fore omnibus hominib⁹, nō fuit tamē occulta vel oculo illi soporis nescio vel posteritati. Quippe quod absq; arbitrio, illa Iosepho dixit, id nunc totobiq; mundo canitur, ita & ea quæ per subornatos illos consiliarios, dolsus rex agebat, sperans occulta fore, nequaquam manserunt occulta. Didicerunt enim posteri omnes, & insidias dolosas, & triūphātum victorias. Deniq; quā multo tempore exacto alacritatem eorum, non solum non frangeret multitudo dierum, sed potius studium & ardorem excitaret, etmulato

Decola resq; multos faceret, iussit tandem media nocte in barathrum eos abduci. Ducebantur itaq; in densas tenebras luminaria, & decollabantur. Cæterum capita detrūcata tyrum, tunc diabolo magis terribilia erant, quam quum adhuc vocē darent. Sicut & caput vox sā guinis Ioannis nō tantum terrebat, quum loqueretur, quātum quum in disco mutum afferretur. Habet enim & sanctorum sanguis suam vocem quæ nō per aures auditur, sed

Eoccidētium conscientiam inuadit, & perstringit. Post beatam autem illam cædē, qui viui dam etiam cum salutis periculo, athletas illos optimos rapuerūt, etiam ipsivisi martyres ut illorum reliquias curarēt decenter. Nam quāuis non occidebātur, optabat res. tamen mori potius, q̄ ut corpora illa relinquerētur inhumata, ita advenationē eorum claritas festinabat. Dicunt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recens occisa videre das mortuo tum fuit quod iacētibus simul illis in sepulcro talis quædam ex eorum oculis & vultu syrum, gratia resplēduerit, qualem in Stephano iudeis responsuro fuisse Lucas dicit. Neq; nullus est, qui non pio quodam horrore illis astiterit, adeo aspectus ille afficiebat omnes. Quin & omnes clamabāt in laudem eorum, id quod a Davide dictum, In vita sua non sunt separati, & in morte non sunt diuisi. Pariter enim confessi sunt pariter carcerem inhabitarunt, pariter in barathrum abducti sunt, pariter capite multatū sunt

Martyres utriusq; corpora tumulus tenet. Et unum quoq; tabernaculum in cœlis eos excipiet, quando in maiorem preuenturi sunt gloriam, nempe immutādi. Illos non lumine indignum fuerit, & columnas, & scopulos, & turres, & candelabra, & tauros simul appellare. Nam Ecclesiam sicut columnæ sustinēt, sicut turres muniūt, & sicut scopuli omnes vndarum assultus repulerunt, multam interim ipsi seruantes tranquilitatia, sicut luminaria tenebras impietatis discusserunt, & sicut tauri anima, promptitudineq; eadem, suaue CHRISTI iugum traxere. Id cîrco s̄pē eos inuisamus, tumulos adornemus, magnaq; fide reliquias eorum contingamus, vt inde benedictio nem aliquam assequamur. Etenim sicut milites vulnera, quæ in prælijs sibi inflicta regi monstrantes, fidenter loquuntur, ita & illi in manib⁹ a secta capita gestantes & in medium afferentes, quæque voluerint, apud regem cœlorum impetrare possunt. Proinde magna fide, promptitudineq; huc veniamus, quo & visis sanctorum monumentis, & consideratis eorum præmijs, inde varijs thesauros vndiquaque colligamus, & per præsentem vitam ita, iuxta voluntatem dei, trāseamus, vt in portum æternitatis cum multis mercibus ingrediamur, fruituri regno Cœlorum in

CHRISTO IHESV domino nostro, cui sit gloria in secula.

DE COLENDIS SACERDOTIBVS. FO.XXV.

CHYSOSTOMI HOILIA, DE COLENDIS SACERDOTIBVS. IO. OECOLAMP. INTERP. A

Donne docti estis, nihil in sacris litteris inter superuacanea habendum
Nonne didicistis & inscriptiones, & nomina, & cognomina diligenter in arcanis scripturis excutienda? Ego sane studiosos arbitror ne laturos quidem, ut verbum aliquod in sacris libris contempnit preteratur, etiam si tantum nominare censetur vel tempus numeratur vel breuis cuiusnam cognominatio contingit. Attamen adhuc certior haec sententia fiat, age hodie ad ea que nuper in salutatioe Priscille & Aquile relictam sunt accedamus, tametsi non parum profuerint, & precedentia. Docuit enim nos, quantum bonum sit operari, & quantum malum, ignauiae deditum esse. Et qualis anima Pauli? Quam vigil, quam sollicita! Non tantum ciuitatum & populorum, & gentium sed & singulorum fidelium magnam curam gerit. Ostenditque quomodo hospitalitas nec inopia prepediatur. Et quod virtute ac pia voluntate vobisque opus sit, non item diuitiis & facultatibus. Et quod clarissimi omnium sunt, qui de timore habent etiam si in extrema paupertate degant. Vnde Priscilla & Aquila opifices, nempe pelliones pauperem & honestam agentes vitam, praet omnis beati predicantur. Et cum aliis dignitatibus & potentia inflatis, silentio pretereuntur, pellio illeyna cum uxore toto orbe decantatur. Quod si tanta eorum in presentivita est gloria, cogita quanti eorum futuri sunt fructus post illum diem, quando tempus erit coronarum & retributionum qui ante illum diem non paruam voluptatem, utilitatem & gloriam acceperunt, quibus tantillae temporis consuetudo cum Paulo fuit? Enim uero sicut prius dicebam, neque nunc dicere desinam. Quod non solum doctrina, & admonitio, et consilium, sed & sanctorum aspectus, atque vestium amictus, & calceorum mos, multum habet utilitatis ac voluptatis. Et inde non exigua vitae nostrae commoditas accedit, cum discimus, quatenus hi necessariis si fuerint. Non enim solum vestimentum modum non sunt transgressi, sed & vsui ferme necessario nonnunquam renunciarunt, quin & in fame, & in siti, & nuditate versati sunt, & Paulus quidem imperabat discipulis dicens. Habentes autem alimenta & tegumenta his contentissimus. Et clarum est quod de seipso dicit Vsq; in hanc horam, & esurimus, & sistimus, & nudis agimus, & colaphis coedimur. Operae premium hic fuerit in mediis aliquid afferre, de quo frequens est questio. Et quid nam hoc? Dicebam morem apostolicorum calceorum nonnihil nobis confer revilitatis, Sed quum hoc dico, incidit mihi lex, qua CHRISTVS posuit dices. Non possidete aurum, neque argentum, neque aliud quid in zonis vestris, neque calceos, neque virginem in via. Manifestum autem est, Petrus habuisse sandalia. Vnde cum angelus eum dormientem excitare, & e carceret educeret ait, Calcea te sandalibus tuis, & circunda veterem. Et Paulus Timotheo scribit, Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, quum venies, affer et libros, presertim membranas. Quid dicit Paule? CHRISTVS iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius sandalia? Quod si hi tenues quidem essent, magistro non per omnia obtemperantes nulla erat facienda questio, sed cum ipsis precipui sint, ac primates apostolorum, et animas suas impederunt, CHRISTOQUE per omnia obedierunt. Et Paulus non solum imperata fecit, Sed & supra septatotus saltauit, cumque precepiteret, ex euangelio vivendum, vivendum ipse manibus suis quæsiuit, plus quam imperatum erat faciens. Idcirco dignum est, ut quæramus. Quare qui in omnibus CHRISTO parebant, legem eius videntur transgredi. Nam re ipsa non transgreduntur. Hic

Nihil
contene-
dū in sa-
cris lit-
teris.

Pauliso
licitu-
do.

B

Cōsue-
tudo sa-
ctorum
maxie
utilis.

Frug-
litas sa-
ctorum

An lice-
at chri-
stianis
aliquid
posside

Apollo
li habu-
erunt p-
pria.

C

stimentum tuum et sequere me. Et Paulus Timotheo scribit, Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, quum venies, affer et libros, presertim membranas. Quid dicit Paule? CHRISTVS iubet non habere calceos, tu autem penulam habes, & alius sandalia? Quod si hi tenues quidem essent, magistro non per omnia obtemperantes nulla erat facienda questio, sed cum ipsis precipui sint, ac primates apostolorum, et animas suas impederunt, CHRISTOQUE per omnia obedierunt. Et Paulus non solum imperata fecit, Sed & supra septatotus saltauit, cumque precepiteret, ex euangelio vivendum, vivendum ipse manibus suis quæsiuit, plus quam imperatum erat faciens. Idcirco dignum est, ut quæramus. Quare qui in omnibus CHRISTO parebant, legem eius videntur transgredi. Nam re ipsa non transgreduntur. Hic

D

DIVI IOANNIS CHRISOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

Sermo nō in hoc solum vtilis erit, vt excusentur sancti illi, sed & vt Gētilium obstruātur ora. Quando quidem multi, viduarum domos subuertentes orphanos nudātes ipsiq; omnibus abundantes, & lupis nihil meliores, ex aliena q; miseriavidētes, cum vident̄ interdum fidelium aliquos pluribus vestiri amiculis, cōtinuo eis legē CHRI STI obij ciunt, & dicunt. Nō ne p̄cepit vobis CHRISTVS, ne habeatis duas tunicas, vel calciamēta, quomodo ergo vos legē illam p̄quaricamini! Et post hæc cum abunde fratrem riserint, & probris affecerint discedūt. Igitur ne talia fiant, age & illorum obturemus impudentiā. Et possemus quidem ab eis facile liberati, si hoc vnum eis diceremus. Quale hoc? Si CHRISTVM ut fide dignum probas, ethnī ce merito hæc obiicis & a nobis queris. Sīn eis non credis, quare legem eius oppoz nis! Aut quando accusare nosvis, dignus tibi videtur fide CHRISTVS: quando autē eum admirari oportet & adorare, nullius est apud te momenti, totius orbis do minus! Verum ne hæc in opia defensionis dicere nos putent ad solutionē eius quod querebatur veniamus. Quænam ergo solutio? Videlum est in huiusmodi. Quibus & quando ea CHRISTVS imperauit. Non enim obiter, & nude inquirēda sunt circūstā hæc, sed operæ premium fuerit simul & personam & tempus, & omnia hæc, diligētie obseruāde

*In p̄ceptis
ceptis
ptū do-
min⁹ le-
ue facit*

E & determinatum tempus. Etvnde hoc manifestum? Ex dictis ipsis, dicit enim. Vocatis duodecim discipulis dixit eis. Inviam gentium ne abieritis & in ciuitates Samaranorum ne intraueritis, ite potius ad oves domus Israel quæ perierūt, infirmos curate, dēmonia eis cite, gratis acceperitis, gratis date, ne possideatis aurum vel argentum, vel æs in zonis vestris. Attende quāta magistris sapientia! Quomodo leue hoc p̄ceptum fecerit. Nam cum prius dixisset, infirmos curate, leprosos mundate, dēmonia eis cite, magnāq; eius gratiam liberaliter dedisset, tunc tandem hæc imperauit, nimirum paupertatem, signorum potestate leuem & facilem reddens. Neq; ex his solum sed et ex multis alijs manifestum est solis discipulis esse imperatum. Nam & virgines, quia oleum in lampadibus suis nō habebāt, puniuit & alios quoq; arguit & increpat, quia esurientem ipsum viderunt, & non pauerunt, et stientem non poterunt. Porro is cui non est æs neq; calceamentum, sed vna tantum vestis quomodo absq; his alium pascere, quomodo nudum vestire, quomodo alium in domum indu cere poterit? Sed et aliunde clarum esse poterat. Nam accedente & dicente quodā

*Disci-
mē iter
p̄ceptis
ptū et
cōsiliū.*

F Quid faciendo vitæ æternæ hereditatem assequar? Cum recēsita essent omnia, quæ in lege p̄cepta, & ille curiosius percōtaretur & diceret. Hec omnia seruauit ab adoleſcētia mea, quid adhuc mihi deest? Dicit ad ipsum, Sīvis perfectus esse, vade, vende facultates tuas, & da pauperibus, & veni sequere me. Hic si p̄cipere voluisset, oportebat hoc principio dicere, & legem in ordine p̄ceptorum ponere, & nō tan quam consilium & exhortationem narrare. Enim uero cum dicit. Non possidete aurum, vel argentum, imperando dicit, cum vero dicit. Si vis perfectus esse, consulendo & admonendo dicit. Non est autem idem consulere & legem ponere. Nam qui legem statuit, modis omnibus fieri vult quod p̄cipit. Qui vero consulit et adhortatur, sententię & arbitrio auditoris permittit, vt ex dictis quod voluerit eligat, sicq; faciendorum dominus auditor reliquitur. Propterea non simpliciter dixit, Vade, vendefacultates tuas, sed vt discas. Quod in arbitrio audientium res sitæ sint. Vnde manifestum Apostolis solis hæc fuisse p̄cepta. Verum questio nondum solita est. Nam si p̄cepta sunt hæc solis apostolis, Quid in causa est, quod, Licet p̄ceptum fuerit, Ne haberent calceos, vel geminas vestes, inuenti sunt ea pos-

sidentes, nam alius possedit penulam, alius vero sandalia? Quid igitur ad hæc dices
mus: CHRISTVS, neq; apostolos semper huius legis necessitate obstringi vo-
luit, sed eos absoluít ab hac lege, quum iam ad salutarem crucem iturus esset. Et vnu-
de hoc, liquet? Ex saluatoris sermonibus. Nam passionem aggressurus, vocatis illis
dixit, Cum vos mitterem sine marsupio & pera, aliquid ne deerat? At hi respondē-
tes dixerunt, nihil. Ipse autem dicebat eis, Sed nunc qui habet marsupium, tollat &
peram, & qui non habet, vendat vestem suam, & mercetur gladium. Iam forte dicit
aliquis, apostolos quidem his dictis a crímine absolutos, sed ultra queritur, Quare

CHRISTVS contraria præceperit? nam interdum dicit, Ne possideatis peram Quare
interdum autem, qui non habet marsupium, tollat & peram. Quare hoc fecit? Sane primū
hæc admodum digne fecit, pro sua sapientia, curaq; quam pro discipulis gerebat.
A binitio enim vocationis hoc faciebat, vt discipuli periculum virtutis suæ faceret

& post hac in orbem terrarum exituri, hoc exemplo animati, sibi magis fideret. Ve-
rum, vbi iam potentiam suam agnoscere cœperunt, voluit, vt & ipsi domi virtutis spe-
cimen aliquod præberet, permisitq; ipsos met suas ferre tentationes, ne scilicet per-
petuo ociosi residerent, & ad finem usq; in omnibus quasi pueri gestaretur. Et quæ
admodum, qui artem natandi docent, principio multa diligentia discipulos gestat,
post unum autem & alterum, & tertium diem sub tracta dextera illis præcipiunt, vt
seipsoſ iuuent, & non nunquam illos parumper mergi sinunt, ita vt & multum falsoſ
ginis sorbeat. Ita sane & cum discipulis suis CHRISTVS faciebat. Nam initio
nihil eos pati sinebat, vel paruum vel magnum, sed ubiq; aderat muniens & circum-
uallans eos, faciensq; vt omnia vbertim eis affluerent, cum vero tempus esset, vt vi-
rilitatem suam ipsi declararent, subtraxit aliquandiu beneficium, præcipiens eis, ve-
tiam per seipsoſ multa perficerent. Atque hanc ob causam, cum non habebat cal-
ceos, vel zonam, vel baculum, vel æs, nihil eis deerat, Dicit enim. Num aliquid vo-
bis deerat? Et respondentes dixerunt, Nihil. Cæterum quo tempore permisit eis, vt

marsupium habeat & peram, & calceos, inueniuntur & esurientes, & sitiētes, & nu-
di incedentes. Vnde liquidū, cur passim eos periclitari & affligi sinit, nempe, vt mer-
cedem aliquam habeant. Et quemadmodum aues pullos suos fouentes tandem in ni-
do sedent, donec illorū plumæ increscant, quas dum increuissé viderint, eos primū
circanidū volitare docet, dein adminiculo suo totos destituūt, Ita faciebat & Chri-
stus. In Palæstina em̄ quasi in nido nutricabat discipulos, & exī eos volare docuit

præsens, & gestans tandem p̄misit eos volare in totū orbē, dato eis mādato, ne sibi ip-
sis deessent. Et quod ideo omnino eos nudos, & una tñ veste amictos misit, & absq;
calceis ambulare iussit, vt suam virtutē & potentiam cognosceret, sciemus verū esse,

si & aliud dictū audiamus. Nō em̄ simpliciter dixit eis, Tollite marsupiū & peram
sed priorum memoriam refricando sic dicebat, Cum mitterem vos sine marsupio
& pera, aliquid ne deerat? hoc est, Nonne omnia vbertim vobis affuebant,
multaque largitate fruebamini, sed nunc volo vos & paupertatem experiri, &
ea propter ad legem priorem obstrinctos nolo neque a vobis idem quod antea
exigo, vt ne quasi per inanima organa per vos operari existimer. Adhibete &
vos vestram diligentiam & industria. Quod si adhuc dicis, An non ma-
ius fuisset beneficium, si semper ita secure versari eos voluisset. Verum, non ita
probati fuissent, si nullam vel afflictionem, vel persecutionem, vel inopiam, vel
angustiam degustassent, sed mansissent ignauī & pigri. Cæterum oportebat reluce-
re, nō solū beneficium & gratiam Christi, sed & subditorū probationē, vt ne sint post-
ea, qui dicere possint, Apostolos nihil a seipso attulisse, sed facta omnia o pere Chri-

Quare
primū
precis
pit nū
hil pos
fideret.

B

Vide
quod di-
scipuli
docen-
tur.
cōpara
tio.

Quare
relaxat
prece-
ptum.

D ij

DIVI IOANNIS CHRISOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

Disti. Non enim difficile erat deo vsq; ad finem in eo successu custodire, sed noluit, Quare deus p[ro]misit a[ccordum] postulo[n]e n[ost]ri pati. ob varias, necessariasq; causas, quas sepe charitati vestræ diximus. Vna quidē hæc quam diximus. Alia autem haec non minor, nempe, vt modestiæ assuefierent. Tertia vero, vt ne maior illis, quam hominibus debetur, honor exhiberetur. Itaq; propter hæc & his multoplura, cum permisurus esset eis multa in expectata accidere, noluit priorem legem tam arctam manere, sed eius severitatem non nihil relaxauit.

Vt & ita non esset eis grauis & intolerabilis vita, si vbiq; derelinquerentur, & simul duram han c legem seruare cogerentur. Quoniam autem oportebat obscure propositum clarius docere, idcirco postquam dixit, Qui habet marsupium, tollat & perram, subiicit. Et quinon habet, vendat veste suam & emat gladium. Quid nam hoc? Armatne discipulos, qui dicit, Si quis te percusserit in dexteram maxillā, obuertere ei & alteram! Qui præcepit, vt benedicamus his, qui nos conuicīs laceſſunt, feramus inuidentes, oremus pro persequentiis, nunc armat' armatq; vno tantum gladio! Et quomodo hæc rationi consona sunt? Nam si omnino armis opus erat, non solo gladio, sed & scuto & galea & cruralibus armare oportebat. Et profecto si humano more hæc dispensare, & agere voluisse, ridiculum erat hoc præceptum.

Quandoquidem licet sexcenta id genus arma possedissent, aduersus insidias, & impetus populorum, tyrannorum, ciuitatum, gentium, quomodo potentiores habitu fuissent vndeclim? Non potuissent praetimore spectare faciem exercituum, & audi re vocem hinnientium equorum, viri non nisi in stagnis & fluminibus & lumbis versati. Quare ergo hoc dicit: Iudæorum insidias indicare volebat, idq; manifeste, &

Predi careſu per te = **E**stis in tenebris, dicite in luce, non intelligis, quasi præcipiat relictis fortis & triuissim. eos supertecta debere prædicare, sed cum dicit supertecta, et in luce, fiduciam & libertatem publice prædicandi insinuat, cum vero dicit in aurem, & in tenebris, significat, vt vbiq; terrarum narrent, quod in parua mundi parte, & in uno Palæstine loco audierat. Neq; enim in tenebris & in aurem eis dicta erant, sed sepe in altis mō, in aurē tibus, in conuentibus & synagogis. Ita & hic intellige. Nam sicut ibi audimus tecta ita & hic arma. Non igitur sentimus, quod talibus verbis iussit haberi gladios, sed quod per gladios insinuarit, imminere insidias, & passurū se a Iudæis quæ et passus est. Atq; hoc ex sequentiis manifestum est, Nam vt dixit emendū gladium, mox adiecit, quia oportet adimpleri ea quæ de me sunt scripta, Quod cum iniquis reputatus sum. Discipulis autem dicentibus, Hic sunt duo gladij, & non intelligētibus

Fdictum, ait, Satis est. Tametsi non sufficerent vel duo, vel tres, vel centū, si humano auxilio eos vti voluisse, Quod si noluit eos humano præsidio vti, erat & hi duo superflui. Proinde hic doctrinā suam non exposuit, id quod vbiq; facere videtur, vt quoties dicta minus intelligūt discipuli, euentū rerū, dictorū intelligētiā explanādam relinquēs prætereat. Ita & alibi facit, de Resurrectione eñi differēs, sic alicubi dicebat, Soluite templū hoc, & in tribus dieb[us] excitabo illud, & nō intelligebāt discipuli quid diceret, sicut & euāgelista testatur dicens, Quādo aut surrexit Iesus, crediderūt verbo eius, & scripturæ. Et iterū alibi, Nondū em̄ scierant scripturā, quod oportebat ipsum e mortuis resurgere. Sed quæstio satis soluta est. Nos nunc ad relīquā salutationis partē sermonē flectam⁹. Quid nam ergo est, quod dicendū, & unde digressi sumus? Priscillā & Aquilam beatos diximus, quod Paulo cohabitarūt, diligenter addiscētes morem habitus, & calceamentorum atque omnium, quæ agebat. Hinc nobis enata est quæstio, & quælitū, cuius gratia CHRISTO pro-

hibete aliquid praeter vnam vestem haberí, vñi sunt hi habere sandalia, & penulam,
 & sermone demonstratum est, quod apostoli his vtendo legem non transgressi sunt
 sed diligenter obseruarunt. Hæc autem dicimus, non vt vos coaceruandas diuitias
 exhortemur, & prouocemus, vt plus quam necessitas postulat, possideatis, sed vt in
 promptu sint, que infidelibus nostra carpentibus, responderi debet. Etenim CHRI-
 STVS superiorem legem soluens, non propterea iussit nos habere domos, seruos
 lectos, vasa argentea, vel quipiam horum, sed liberauit nos, ne prius dictorum ne-
 cessitate vrgemur. Vnde & Paulus sic admonet dicens, Habetes victum & tegu-
 menta, his contentissimus. Tribuendum enim egentibus, si quid vni nostro superest
 Id quod Priscilla & Aquilas per quam studiose faciebant. Et idcirco eos laudat &
 admiratur apostolus, insigne illorum præconium apponens. Nam vt dixit, Saluta-
 te Priscillam & Aquilam cooperarios meos in domino, etiam causam ponit tantæ
 charitatis. Qualem? Qui pro mea, ait, anima ceruicem suam supposuere. Igitur, di-
 cet fortasse aliquis, hac de causa eos diligis & amas? Maxime. Quia & si id vnu egis-
 sent, ingenti laude digni erat. Qui enim ducem exercitus saluum fecit, & milites fe-
 cit saluos, qui medicum liberauit periculis, & laborantes morbis ad sanitatem redu-
 xit, qui gubernatorem fluctibus eripuit, nauem totam ex vndis liberauit, sic vtiq; qui
 magistrum orbis saluarunt, & pro eo illiusq; salute sanguinem suum effuderunt, or-
 bis quoq; totius fuerunt benefactores, vtpote sua erga preceptorem benevolentia di-
 scipulos omnes seruantes. Ut autem discas, quod non solum in magistrum fuerint ta-
 les, sed & fratribus eandem curam impenderunt, audi sequentia. Nam cum dixit,
 quod pro anima mea ceruicem supposuerunt, adiecit dices, Quibus non ego solus
 gratias ago, sed & omnes ecclesiæ gentium. Iam quid tantum duo illi tantis prodes-
 se potuerunt ecclesiis? Qua opum abundantia, qua potentia magnitudine, quo er-
 ga principes fauore claruerunt? Opum quidem abundatia, & potentia, & gratia apud
 potentes nihil valuerunt, neq; talia habebant, sed erat eis, qui his omnibus maior est
 animus ad pericula promptus & alacer, magnumque beneficiendi studium. Hinc
 est, quod de multis bene meruerunt, multo sq; saluarunt. Neq; enim ecclesiis tam
 prodesse valent diuities illi pompatici, vt pauperes magnanimi. Nemo dictum hoc
 miretur, nam multæ sunt diuitis molestiae & negotia. Timet pro domo, pro famu-
 lis, pro agris, pro opibus, ne quis aliquid ex his auferat. Et qui multorum est domi-
 nus, idem multorum seruus esse cogitur. Pauper autem nummis parum valens, & cu-
 ris his omnibus carens, leo est, ignem spirat, generoso & fortianimo aduersus om-
 nes insurgit, facile omnia agit, que prodesse possunt ecclesiis, siue opus sit, vt argua-
 tur aliqui, siue vt increpantur, siue vt CHRISTI nomine ferantur pericula & ini-
 micitiae. Quoniam qui semel vitam despexit presentem, magna facilitate conficit
 omnia. Quid enim timeret, dic obsecro! Num ne opes eius auferantur? Hoc nemo
 dicere poterit. Num ne quis imminuat ei ministeria & delitias? sed in omnibus il-
 lis gaudere se dicit. Cœli municeps est, & ad futuram festinat vitam. Non depre-
 cabitur item si anima impendenda sit, & effundendus sanguis. Hinc est, quod ta-
 lis etiam & tyrannis, & regibus, & populis, & omnibus potentior est ac ditior. Et
 vt discas, quod vere hæc, & non adulanter sint dicta, & quod qui nihil possidet, hic
 omnium liberrimus est, & maxime libere loqui audet. Quot diuities erant tempore
 Herodis, quot potentes? & quis in mediū prorupit? quis tyrannū increpauit? quis
 cōceptas leges dei vltus est? Diuitū quidē nullus, sed pauper ille & inops, q; neq; lectū
 neq; mēsam, neq; tectū habebat, ille inquā solitudinis inquilinus Ioānes, ille solus &
 primus omni libertate tyrannū arguit, & adulterias nuptias detexit, & p̄sentib⁹ oīb⁹ ac

A

Quātū
sit ama
re pres-
cepto
rem.
B

Pauper-
es pl⁹
prosūt
ecclesiæ
quā di-
uities.

Pauper-
es pl⁹
prosūt
ecclesiæ
quā di-
uities.

Ioānes
Herodē
corri-
pit.

C

D iiij

DIVI IOANNIS CHRISOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

audientibus pronunciata sententia eum condemnauit. Et ante hunc magnus quoq;

Elias. Elias, qui nihil præter melotem possidebat, impium & prævaricatorē illum Achab solus viriliter corripuit. Nihil enim, nihil omnino sic libere loqui, & in rerum discrīmine fiduciam habere, & contra captiuitatem satis munitum & fortē facit, vt nī hil possidere, & nullis secularibus adobruī negotiis. Atq; adeo, si quis virtutū, liber tatisq; multum possidere cupit, paupertatem amplexetur, præsentē vitam despiciat nihil esse putet mortem. Hic non solum plus quam diuites & principes, sed & plus quam reges ipsi ecclesijs prodesse poterit. Nam regnantes illi & abundantes, quæcūq; faciunt, ex opib; faciunt, hic autem magna plerunq; operatur e periculis & mortibus. Quanto autem auro omni preciosior est sanguis, tanto paupertas quam abundantia melior. Tales quidem erant illi Pauli hospites, Priscilla & Aquila, qui opum carebant abundantia, & omnibus diuitibus locupletiorem animū possidebant, expectantes quotidie, vt morerentur, testificātesq; omni tempore cædeban-
torū & sanguinem effundebant. Sic discipuli magistris, & magistri discipulis colligati erant. Nam Paulus hoc non solum de his, sed & de multis alijs testatur. Nam Hebræis, & Thessalonicensibus, & Galatis scribens, afferit omnes multis tētationibus afflictos. Et indicat, quare scripsit, nempe quod patria excidebat, substanzias perdebant, ad sanguinē vsq; periclitabātur, tota eorum vita in grauib; certaminibus erat, & præcidi membrorū summa, pro præceptoribus non detrectabāt. Vnde Galatis scribēs, dicit, Testor enim, quod si possibile, oculos vestros effossos mihi dedissetis. Et Epaphrā in Colossis iterum accepit suū. Nam vt dixit, quod ægrotarit vsq; ad mortē, & deus eius misertus fuerit, subdit, nō solū autē eius, sed & mei, vt ne tristiciā super tristiciā haberē, vbi clare demonstrat se habitū fuisse dolore

E in morte discipuli. Cuius virtutē alicubi omnibus iterū detegit dīcēs, quod appropiavit vsq; ad mortē, neglecta animæ suæ salute, vt impleat, quod in vobis erga me deērat ministeriū. Quid illis fuerit beatius, quid autē nobis miserius? Quandoquidem illi sanguinem, & animam pro præceptoribus præmittebant, nos autem neq; breue verbum pro communibus patribus emittere audemus, cum audiamus eis maleledici, & conuiciis eos proscindi, & blasphemari, & a suis, & ab alienis. Nam maleledicentes neq; compescimus, neq; reprehendimus, neq; prohibemus. Vnde hī ne ipdū sacerdotib; si prīmī accusatorum simus. Sane non tanta ab infidelibus conuicia & probra, quāta in principes ab his, qui nobis iuncti religione videntur, fidelibus, iaci videbit aliquis. Ultra hīc quærimus, vnde hæc ignauia, & vnde hīc pietatis contemptus evenit quod sic hostiliter erga patres nostros sumus affecti? Nihil est quod ecclesiā dei ita destruere, et dissoluere potest, vt quando discipuli magistris, et patribus filij, et principibus subditī, non magno studio cohærent. Diuina voce si quis fratum cui piam maledicit, a sacrarum scripturarū lectione excluditur. Vt quid enim accipis, ait, testamentum meum per os tuum, & causa posita, dicit, Sedens cōtra fratrem tuum, obloqueris. Patrem accusans dignum te putas, qui diuina vestibula accedas, Quomō hoc congruet? Nam si maledicentes patrī vel matrī, morte moriuntur iuxta legem, qualī iudicio dignus eris, qui maledicere audes ei, qui parentibus illis magis necessarius est, & melior? An non times, ne aperiat se terra, & totum te absorbeat, vel fulmen superne in te adigatur, & maledicam illam linguam comburat? Non audisti, quid passa sit Moyſi soror, principi maledicens. Quomodo facta sit immunda, inciderit in lepram, summam sustinerit ignominiam, fratre deum orante veniam nō obtinuerit, tametsi illa ipsa esset, quæ sanctum illum olim exposuerat, & pro eius educatione multa excogitauerat, vt eius mater in alumnam & nutricem as-

F

sumeretur, & ne puillus in barbarico sinu enutriretur, & ab initio tanta fecerat, vt foeminarū dux fieret, sicut Moyses virorum, ut pote omnes antecellens, vere soror Moysis existēs. Verū tamē cum male dixit, nihil ei profuerūt hēc omnia ad effugādam iram dei, sed nec Moyses, qui tantū populū, post recentē illam impietatē, precibus obtinuerat, pro sorore supplicās, & veniā petens, placare deum potuit, sed ab eo valde increpatur, quo discamus & nos, quantū malū sit, prīcipibus maledicere, & aliorū iudicare vitam. Etenim in die illo magno, nō solum de his quænos peccavimus, sed & de his ob quæ in alios sententiā tulimus, omnino iudicabīnos deus.

Et quod sæpe natura leue peccatū est, hoc graue, & incōdonabile fit, dum peccans alium iudicat. Forte non satis claret, quod diximus, igitur clarius dicemus. Peccavit alius, & aliū idem cōmittentē peccatū condēnauit, Is in die illo valde amaro non eam pœnā luet, quā peccati natura exposcit, sed maiorē quā duplīcē, & triplīcē, nō propter id, quod ipse peccauit, sed, quod aliū iudicauit. Et ideo in eum sententiā feret deus. Et quod hoc verū sit, ex his quæ iam facta sunt & cōtigerūt, demōstrabo. Nā Pharisæus, quāuis ipse nihil peccauerat, sed & iuste vixerat, & multa de se p̄predicare poterat, quia tamē publicanū, ut raptorē, auarū, & iniquissimū condēnauit, iustificatus non est, & ad maiorem quā ille pœnā, seruatus. Quod si is, qui nihil peccauit, & peccantē alium (qui manifestus erat omnibus) verbo breui cōdemnauit, tantum iacturæ fecit, & in tantum est punitus, qui multū cotidie peccant, aliorumq; vitam cōdemnant, etiam ignotorū, Cogita, quantā sustinebūt pœnā, quomodo omni venia excidet? In quo enim iudicio iudicatis, inquit, & vos iudicabimini. Propter hæc vtiq; & supplaco, & precor, & exhortor, ut ab hac mala consuetudine desistatis. Nihil enim nocebimus sacerdotibus, quibus maledicimus, siue mentita, siue vera sint, quæ de eis dicimus. Quoniā & Pharisæus publicano nihil nocuit, sed ei profuit, licet vera de eo diceret. Cæterum nobis ipsis mala extrema ipsi accersimus, sicut & Pharisæus in se ipsum gladium intrusit, & accepta plaga abiit. Ut igitur ne & nos idem patiamur, imperemus indomitæ linguæ. Nam si is, qui Publicano maledixit, pœnā non effugit, nos qui patribus maledicere solem⁹, qua nos apologia tuebimur? Si María, quæ fratrem blasphemaret semel, tantam dedit pœnam, cuius nobis salutis spes, cum nos quotidie principes infinitis cōuiciis, ut aiūt, ablui⁹mus? An mihi hoc q;s dicet, Ille Moses erat? Potero & ego dicere, Illa María erat Ceterum, ut & alia ratione hoc manifeste cognoscas, quod nec si criminum rei sint illorū tibi vitam iudicare fas sit. Audi quid dicat de prīcipibus Iudeorū **CHRISTVS**. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi, omnia igitur quæcunq; dixerint vobis, ut faciatis, facite, iuxta opera autem eorum ne faciatis. Iam, quid illis erat peius, quorum zelus futuros discipulos corrupit! Attamē neq; sic eos depositū a dignitate, neq; subditis contemptibiles fecit. Quod si semel hanc potestatem arripuerint subditi, statim hi qui alios ordinant, a gradu & dignitate deturba ri videbuntur. Ea propter Paulus cum prīcipem Iudeorum notasset, ac dixisset, Percutiet te deus paries dealbate, & tu iudicans me sedes. Postquam autem alios audiuit sibi resistentes, & dicentes, Pontificem dei conuicijs incessis, monstrare volens, quantum oportet sacerdotibus dei exhibere honorem, & reverentiam. Nesciebam, inquit, quod pontifex esset. Propterea & Dauid, cum Saulem apprehendisset præuaricatorem, & spirantem homicidium, & multis pœnis dignum, non solum eius vitæ pepercit, sed neque ut verbum asperum in eum iaceretur sustinuit, causamque ponens, dicit, **CHRISTVS** domini est. Neque hinc solum, sed & aliunde videre licet copiose, quomodo subditum pro-

D iiiij

A

*Detra-
ctio fas-
cit ex le-
ui p̄fō
græue.*

B

*Phari-
sæus pu-
blicanū
iudicat*

C

*Ananias
as pari-
es deal-
batus.*

*Saul
Chri-
stus dñi.*

DIVI IOANNIS CHRISOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

Dcul a sacerdotum correptione abesse oportet, Nam cum aliquādo arca reduceretur & subditorum aliqui ad lapsū declinantēvidentes erigerent, eo ipso in loco pœnā dederunt, & a domino percussi, mortui manserunt, tametsi nihil agerent absurdum Non enim subuertebant, sed lapsuram erigebant. Et adhuc copiosioribus testimonijs sacerdotum dignitatem dis̄cas, & quomodo non sit fas subditum, & in ordine laicorū existentē talia erigere. Nam illos in media multitudine occidit, ceteros omnes hoc prodigio terrens, & persuadens, ne adyta sacerdotij accedant. Enīmuero, si quoties indigne aliqua a sacerdotib⁹ fiunt, singuli ad corrigēdum prosiliāt, ad hoc ut sacerdotij dignitas honestetur, nunquā deerit corrīgendi occasio, & confusis inter se omnibus inter principē & subditū nō discernemus. Nemo hæc me dicere opī netur, quasi a sacerdotibus sim subornatus. Scitis ipsi, quam sint mansueti per gratiā dei, & neminē vñq, vt scitis offenderūt, Quod si & malos haberetis patres, & molestos magistros, neq; sic eis maledicere vobis securū, & absq; graui periculo. De corporalibus enim parētibus dicit. Si sensu deficiant, veniam da, quid enim illis dabis? quale ipsi tibi. Multo magis in spiritualibus hæc lex obseruanda. Præterea vniuersu iusq; officium est, vt suam ipsius vitā diligēter cōsyderet, ne videlicet audiamus in die illo, Hypocrita, quid vides festucā in oculo fratris tui, in tuo autem oculo trabē non consyderas? Etenim hypocritarū opus est, publice quidē & omnibus vidētib⁹ osculari manus sacerdotū, genua tāgere, supplicare vt pro se orent, & baptizandos ad illorum ianuas deducere. Domi autem & in conuētibus, tantorū honorū authores & ministros multis abluere probris, vel opprobriatores illorum ferre. Quod si vere malus est pater, quomō fidelē putas tam terribiliū sacramētorū ministrū. Si autem fidelis tibi minister esse videtur, quare fers alios ei maledicētes, & non conclusis eorum ora, neq; stomacharis, neq; ægrefers, vt & mercedem accipias a deo, & laudem ab illis! Nam licet valde illudant, omnes tamēte laudabūt, & amplexabuntur ob egregiā in parentes curam, sicut si hoc non facitis, omnes vos condēnabunt etiam illi ipsi, qui maledicunt. Ad hæc omnia accedit illud multo grauius, quod grauem illi dabimus pœnā? Quia nihil, nihil plane sic offendit ecclēsias atq; morbus ille. Et sicut corpus neruorū debita habitudine carēs, multas gignit ægritudines, & vitam facit, non diuturnā, Ita ecclesia non circūdata fortī, & vehemēter vrgēte catena, plurima parturit bella, iram dei auget, & multarū tētationū est occasio. Ne igitur hæc cōtingant, neue deum exacerbemus, nostraq; augeamus mala, & pœnam certam, indeclinabilēq; cōparemus, vitam hanc multis implētes dolorib⁹, nostrā ad bene loquendū lingua assuefaciamus, nostrā ipsorū vitam singulis diebus diligēter scrutemur, aliorum autē vitā, ei, qui etiā incognita nouit, iudicādā relinquamus ipsi nostra peccata interimi iudicātes. Ita nobis geennalem ignem licebit effugere. Nam sicut, qui in alienis curiosius explorādis occupatī sunt, suorum peccatorū nullam habēt rationē, ita qui ab aliena vita discutiēda abhorret, magnā suorū delictorum habebūt curā, & quia sua cōsyderat mala, illaq; quotidie iudicāt, a se ip̄is expōscentes pœnas, mitē habituri sunt iudicē. Id quod Paulus declarās dicebat. Nam si nos ip̄os iudicamus, nō vtq; iudicabimur. Vt autē hanc sententiā effugiamus relictis omnibus aliis, magno studio, vita, & conscientia nostra exquirēnda, puniēndē cogitationes ad peccandum irritantes, subinde de factis nostris reddēda ratio. Sic poterimus facile a peccatorum exonerari sarcina, multa vénia frui, præsentemq; si mulvitam cum voluptate transmittere, & assequi bona futura. Gratia & misericordia domini nostri IESV CHRISTI, cui cum patre simul & spiritu sancto sit gloria, & honor, & imperiū in seculū seculi. Amen.

EHypocritarū mos.

FNostrā ipsorū vitam scrutemur.

DE RESVRRECTIONE.

FO.XXIX.

DIVI IO. CHRISOSTOMI DE RESVRRECTIONE, HOMILIA, IO.
OECOLAMPADIO INTERPRETE.

E fidei nostræ placitis, deq; gloria vnigeniti filii dei, pridem apud vos differuimus, cōuincentes & obturates hæreticorum ora, qui gloriam illi detrahunt, & a genitore suo illum, alienum natura dicunt. Hodie de moribus, deq; vita instituenda sermonē in medium afferre, & in genere admonere decreuimus. Imo sermo ille non tractabit solū de moribus, sed & nostræ fidei decreta cōtinebit. Paratus enim sum, vt ad materiā de Resurrectione descēdam. Quod sane argumentū varium est & copiosum. Nam & in his quæ fidei sunt nos dirigit, & vitam nostram componit, & diuinam prouidentiā ab omnibus calūniatoribus vindicat. Et quemadmodū cum non creditur, vitā nostram subuertit, malisq; sexcētis implet, sursum deorsumq; factis omnibus, ita cum creditur, prouidentiā multis rationibus astruit, & nos ad diligentem virtutis curam promouet, vitiaq; magno studio expellit. Etenim vt nulla illi virtutis cura est, qui re resurrectionē non expectat, quiq; credit se non daturum rationē de his quæ hic operatus est, sed opinatur res nostras, tantū intra angustos præsentis vitæ limites contineri, neq; ultra se extendere, (quomodo enim virtutis illa ei cura esset, qui nullā laborū retributionē sibi repositam expectat, neq; peccare desinit: et quomodo a peccatis desisteret, qui nichil suppliciorū imminere suis male actis credit, sed permittit sese fœdis concupiscētijs, in nullum nō peccandi genus ruit?) Ita & qui sibi persuaderet futurū aliquando iudicium, & ante oculos statuit terribile hoc tribunal, & inde clinabiles expostulationes & inappellabile sententiā, is modis omnibus conabitur, Refutat
vt studeat temperatiæ & æquitati atq; alijs virtutibus, & effugiat intemperantiā, te refutat
meritatē, omniaq; alia vicia atq; ita vt possit magna virtute repellere eos qui diuinā fides et
calumniātur prouidentiā. Enī uero sunt nonnulli, qui vbi viderint māsuetæ & memoriā
ste & iuste viuentes, in opia & calumijs premi, inuadi, comprehendendi, vix necessariis
ritū victū habere, saepē etiā morbo longo, & graui valetudine emacerari, & in summa, omni carere subsidio. & q; diuerso maleficos & pollutos hoies, planeq; flagitos affluere diuicijs delitiari, nitidis vestibus amiciri, clientulorū pompā post se trahere, in admiratiōe esse, magistratū agere, multa a regibus obtainere priuilegia, mox diuinā arguunt præsidentiam, & dicunt. Vbi nam prouidentia illa? aut, vbi iustum iudicium? Sobrius & innocens male habet, intemperās, & corruptus fœliciter agit. Ethic quidem admirationi est, ille vero ludibrio, hic varijs fruictur delitijs, ille autē inops extremis pessundatur in cōmodis. At qui de resurrectione bene senserit, & sapienter disputare nouerit, facile quicquid id est blasphemiae diluet, & illis tam stoma chabundē disputati bus, dicet. Compescite linguam vestram, & aduersus deum qui nos fecit, eam ne exacueritis. Non enim res nostræ in hac solum vita durant, sed festinamus ad vitā aliam multo longiore, imo finem minime habentem. Et ibi omnino pauper iste, qui iuste viuit, laborum suorū mercedem accepturus est, intēperans autem & maleficus, maliciæ suæ, illicitæq; voluptatis daturus est pœnam. Proinde non a præsentibus solum de diuina prouidentia sententiam feramus, sed & a futuris. C

Præsentia, certamen quoddam sunt & labores & stadium, futura vero præmia coronæ & brachia. Sicut ergo athletē in theatro & in sudore, et puluere & æstu multo & laboribus et ærumnis pugnandū est, ita & iustum hic multa sustinere oportet, & ferre omnia viriliter, siquidē præclatas illi accepturus est coronas. Et si sunt nonnulli, quos perturbat impiorum fœlicitas, hi secum perpēdant, q; quemadmodum & latrones, & sepulchrorū direptores et homicidæ & pirate priusq; ad iudicem tra-

A

B

C

Hic ista
diū, ali
bi bras
chium.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTO. PSEGMATVM SERMO

hantur, multis delitijs fruuntur, et ex aliena calamitate suam constituētes abūdantiā iniustisq; opibus locupletati quotidie inebriātur, vbi autem iudicis sententiā au diue rint, omniū horum luent pœnam, ita & illi qui scortam mercantur & Sibariticas mē-
fas instrūt, et supercilia surrigunt, & fastu plenī pauperes opprimunt, quando vnigenitus dei filius aderit cum angelis suis, & sedens super thronū illum, orbem terra-
rū in medium adducet, tunc nudī & animis uī splendore destituti adducētur, & nul-
lum vel aduocatū vel patronum habētes, absq; venia in igneos fluuios proīciētur.

D Iudi- Quapropter neq; hos beatos dixeris ob præsentes delitias, sed poti⁹ defle & deplo-
ciū de- ra ob futura supplicia, neq; iustum illum miserū existimaueris ob præsentē pauper-
clara- bit qui tatem, sed pro beato habe, ob sequentes bonorū diuitias, & in eius animo sermonē
beatū hunc de Resurrectione implanta, vt si bonus fueris & tenteris, probatio euadas,
maiorēmq; alacritatē per spem futrorum accipias, sin malus, a malitia desistas, &
continētior fias ob timorem futuri supplicij. Idecirco & Paulus de Resurrectione
Paulus nobis subinde verba facit, quemadmodū & hodie audiuistis ipsum clamantē & dia-
sepe me mot re centem. Scimus enim q; si terrestre nostrum domiciliū tabernaculi huius dissolu-
surre- tur, domū ex deo habemus, non manufactā in cœlis. Imo cum his & superiora tra-
ditionis ctemus, & videamus quomodo in sermonē de Resurrectione inciderit. Neq; enim
simplíciter, neq; fortuito hanc nobis afferre solet doctrinam, sed quia simul docere
vult quæ futura sunt, & athletas pietatis cōfirmare studet. Nunc gratia dei multa pa-
ce fruimur, & reges pie viuunt, & principes veritatem agnouerunt, & populi & ciu-
tates & gentes erroribus liberati, **CHRISTVM** omnes adorāt. Tunc autem in
Affili- principio prædicatiōis, cum nuper pietatis semina iacta essent, magnū præliū erat,
dio tri multiplexq; ac variū. Nā principes & reges & domestici & cognati, & oēs ipugna-
stiano- bant fideles, & repugnante natura ipsa bellum oriebatur. Pater filium tradebat sepe
rum. & filiam mater, & clientulū patronus. Neq; ciuitates solē neq; regiones, sed & do-
mus nō nunq; in seipsas sectæ erant. Eratq; tumultus, qui tūc fœviebat, atrocior q; in
testinum quod uis bellum, nam facultates rapiebātur, libertas auferebatur, & vite pe-

E riculum imminebat, non q; Barbari in nos incursionem facerent, sed qui videbātur
Quāta nobis præesse & dñari, peius erga subditos q; bellatores oēs affecti erant. Ethoc de
cū chri clarat Paulus ac dicit, Graue certamen afflictionū sustinuitis, idq; cum probris &
stiano- rū affli afflictionibus spectaculo fuistis omnibus, & cum facti estis socij eorum qui sic sub-
stio. uertebātur. Etenim vinculis meis compatiebamini, & direptionē facultatū vestrarum cū gaudio tulistis. Ad Galathas autē dicit. Tanta passi estis frustra, si modo &
frustra. Thessalonicensibus quoq; & Philippensibus, & in genere omnibus Paulus
epistolas mittēs, multas eiusmodi testatur, neq; hoc solum erat graue, quod foris
frequens bellum gerebatur & continuū. Sed quod & inter fideles ipsos exorta fue-
runt nō nulla scandala, et lites & cōtentiones, & emulationes quæ in ipsa manifestat
Paulus dicens, Foris gladius, intus autem timor. Verum istuc ipsum bellum, anno
atrocissimum erat, et subditis & præceptoribus profecto non tam inimicorū insidias
formidabat Paulus, q; tum domesticas, & quæ intra ecclesiam cōtingebant ruinas,
& transgressiones. Nam cum apud Corinthios scortatus esset quidam, omni tēpo
re illum lugens perseuerabat, ita ut viscera sua disrumperet, & amare eiularet. Erat
F & tertium quoddā, non minus molestiarū q; dictum est, fidelibus afferens, ipsa scili-
cet rerum natura, quæ frequentes labores & sudores exigebat. Neq; enim facilis &
leuis erat via ad quā illos ducebant apostoli, sed aspera et inexpedita, & quæ animā
Via an- requirebat sobriā & vigilem, & vndiquaq; diligētē. Propterea & **CHRISTVS**
gulta angustam et strīctam ipsam vocauit. Neq; enim viuere licenter fas erat, sicut apud

DE RESVRRECTIONE. FO.XXX.

Gr̄ecos in turpitudine & ebrietate & helluatiōe, & delitijs et luxu, Sed oportebat
 etiam frenare irascentiā, et imperare illicitae concupiscētiā, et despicere opes & cōculcare gloriam, et superiorē esse inuidia & inuidentia. Quæ qualem laborem requiriunt, sciunt hi, qui cum illis quotidie certāt. Quid enim dic oro, infestius illicita cōcupiscentia? quæ, velut rabidus canis in nos continuo insilit, et quotidie nos obturbat? Atq; adeo opus est perpetuo vīgilantī anima, Iam quid amariūs ira? Et leuius videtur non vlcisci eum, qui nos iniuria affecit, sed oportet & cōtristantibus benefacere, & scōmatis nos incessentibus benedicere, et ne vllum quidē vnq; amarum verbum proferre. Quin & continentia non in solis operibus, sed & in cogitatione ipsa monstrare oportet. Non enim solum ab incōtinentia opere, sed & a talī aspectu abstinentiū est. Neq; ex formoso mulierū aspectu voluptas capienda, nam & ob talē cōtemplationē extēnum supplūcium irrogabitur. Cum igitur & tantū bellum ab his quæ foris, & tantus timor ab his quæ intus, magnus quoq; & erat labor in medi tandis virtutibus. Accedit autē & quartum. Nam inexperti erant certaminis tanti, Inexpa-
 quod certandū erat, neq; enim apostoli eos qui a progenitorib⁹ suis pietatem exce-
 perant, erudiēdos sortiti sunt, sed educatos in nocendi libidine, & delitijs et ebrieta-
 te, et turpitudine & intēperantia. Neq; hoc parui momenti erat, vt diffīcilius redde-
 retur certamen, quod eam Philosophiā neq; superiora tempora, neq; parentes do-
 cuerāt, sed tunc primū ad huiuscmodi certamina instruebanū. Cū igitur tanta tūc
 esset certandi difficultas. Paulus, vt cōsolaretur certantiū laborem, subinde de resur-
 rectione sermonē mouebat, et non hac solum adhortabatur Athletas, sed & suarū
 passionum enarratione. Eaꝝ de causa anteq; in sermonem de resurrectionē incidat,
 suas passiones exponit sic dicens. In omnibus premimur, at nō anxi⁹ reddimur, la-
 boramus, at non destituimur, persecutionē patimur, at non in ea deserimur, dei⁹ ci-
 mur, at nō perimus. Quotidianas mortes cōmemorat, eo quod quasi animatimor Quoti-
 tuī quotidie ad mortem tradebātur, tunc ergo sermonē hunc de resurrectione mo-
 uit. Credim⁹ enim, ait, φ is qui suscitauit dñm nostrū IESVM CHRISTVM mortes
 & nos per IESVM suscītabit et vobiscū constituet, propterea malis non succum-
 bimus aīt, maximā in certaminib⁹ ipsiis consolationē habētes, spem futurorū. Et
 non dixit ad ipsos, propter quod ne succumbatis malis, sed quid aīt? Propter quod Nō sue
 non succūbimus malis, declarat se quoq; in cōtinuis cōflictationib⁹ esse. Enīmue cumba
 ro in olympicis certaminib⁹, athleta intra stadium certat, magister autē ludiforis m⁹ ma-
 cōfidens, sermonib⁹ affert auxilium, eatenuq; certantē dum taxat iuuat, quatenus
 acclamationib⁹ sermonibusq; valet, neq; enim vlla ei lege permittitur, manibus il-
 lum adiuuare. At secus res habet in pietatis certaminib⁹. Idem enim est & athleta
 et magister ludī, & idcirco non extra caueam sedet. sed ingressus ad certamina ipsa, ster itra
 firmat cōpugiles dicens, Propter quod malis non succūbimus. Et non dixit, pro-
 pter quod malis non succūbo, laudibus ipsos erigere volens, Sed qūis homo noster
 externus corrūpitur, tanto tamen internus renouatur in dies singulos. Vide, quan-
 ta apostoli prudētia! Admonuit primum eos afflictionib⁹ quas ferebant, dicens.
 In omnibus premimur, at non anxi⁹ reddimur, admonuit item a resurrectione Iesu, dicens. Nam qui suscitauit Iesum, & nos suscītabit. Nunc aliam quandā solandi
 rationem inducit. Quando quidē homines pleriq; pusillo animo sunt, et infirmi, ac
 miseri, et resurrectionē docti despiciunt, & ob temporis longitudinē vacillant ac re-
 cidunt, ideo aliam illis ante resurrectionē constituit mercedem ac retributionē. Et Merces
 quenam illa? Tametsi externus homo noster corrūpitur, internus tamē innouatur ante res-
 surrectionē. Externum hominē, corpus, internum, animā vocat. Ethoc ideo di-
 tionē.

A

B

C

DIVI IOANNIS CHRYSOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

cit, vt intelligas q̄ nequaq̄ fruamur gloria futura, etiam non parua hic laborum remuneratio datur, cum inter angustias ipsas anima nostra reiuuenescit, sapientior ac magis pia euadit, maiore pollet potentia, et fortior atq; cōstantior persistit. Nam si

Dicitur hī, qui in corporali certamē pugnant, ante coronam & brabiū, in meditatione et palestra ipsa, magnā accipiunt mercedē, eo quod corpora sua firmiora & validiora exercitādo faciunt, ita & nos virtutis certamē certātes, priusq̄ aperiatur cœlum, priusq̄ filius dei adsit, priusq̄ retributio[n]es nobis dentur, magnā mercedem accipimus. eo quod anima sapientiæ sit amātior. Similiter, sicut qui mare nauigarūt, et in numeras procellas tulerūt, multaq; hyemes perpessi sunt, anteaq; merces referunt, non paruū peregrinationis suæ lucrum reportāt, eo quod aliquāto fidētiores sunt, ac pelagi sœuūtiam minus horret, namq; intrepide, et voluptate quadam transmarinas peregrinationes aggrediuntur. Ita & qui in p[re]sent[er] vita, ppter CHRISTVM multas fert afflictiones, multaq; grauia patitur, etiam anteq; regni celorum magnā illam retributionē assequatur, magna hīc potitur fiducia, animāq; suā ita excellam efficit, vt post hac grauia omnia, quasi & sublimi derideat. Vt autē quod dicimus ad hoc manifestius colligescat, exemplo vt̄ volumus. Paulus ille, exantlati innumeris malis, nonne insignes retributio[n]es accepit, cum irriteret tyrānos, cum furibūdos p[ro]opus incitaret, cum oēs poenas conteneret, impavidusq; & imperculsus maneret contra bestias, contra ferrū, in mari, in præcipitijs, in seditionibus, in insidijs deniq; in malis omnibus? quid huic conferri potest? Enimuero, hominē in exercitatum, et nihil mali expertum, mox si quae fortuitæ oborūt turbulentiae, imo nō solū res ipsæ sed & stultæ opinione[s], et rerum vmbrae pauidum reddūt & perterrēt. Verum, qui non oīno inexcitatus, in certamē ingreditur, sed multa ante malā perpessus est, is omnibus postea superior fit, & minas contēnit. Non parua autē est hec

Ecorona neq; exigua merces, quod illum nichil humanarū rerū mouere potest. Nā Paulus quae alij multū formidāda videbātur, ab hoc facile cōtemnebātur, et propter quae alij tremebant & metu obstupecebant, ea multū ridebat ipse, quia per excellentem patientiā, angelicarū virtutum philosophiā adeptus erat. Si enim corpus recte beatum dicimus, quod potest absq; offensa ferre frigus, et calores, & famē & inopiam, & viæ difficultates, ærumnasq; alias, quanto magis beatam vocare oportet animā, quae viriliter ac fortiter omnes omniū molestiarū ferre īcursus, & per omnia seruare cor suum nulli seruituti obnoxium potest? Planq; ī regum est rex, & magisq; rex. Regem enim satellites, milites, amici, et inimici nunc īsidiādo, nunc aperte vim faciendo offendere possunt. Hunc autē, cui animus qualē nunc dixi, neq; rex, neq; stipator, neq; familiaris, neq; amicus, neq; inimicus, neq; diabolus ipse aliqua ex parte potuit nocere. Aut quo pacto, cum ī omni studio ī hoc īcumbat, ne inter mala computet, que vulgo mala haberis solent. Talis quippe erat beatus Paulus, atq; p[ro]pterea dicebat. Quis nos separabit a charitate CHRISTI, tribulatio, vel angustia, vel persecutio, vel nuditas, vel gladius, vel periculum? Sicut scriptum est. Quia ppter te morte conficimur tota die, reputati sumus ut oves mactationis, sed in illis omnibus, egregiae vincimus propter eum qui nos dilexit. Istud etiam hoc loco sentiens dicebat. Tametsi externus homo noster corrūpit, internus tamē renouatur ī dies singulos. Infirmū fit corpus, aīt, sed validior & potētior animus, quin & multo alacrior, & agilior. Et sicut miles si gestarit arma se se grauātia, non est terroris hostibus, qui sciunt armaturæ grauitatē, pedum velocitati, et bellādī v[er]sui obesse. Sin leuia acceperit & tractabilia, sicut auis aliqua obuium se feret hostibus. Sic & qui carnem suā non ebrietate, neq; indulgentia, neq; delitijs īcrassarit, sed īeiunijs et pre-

Fto alacrior, & agilior. Et sicut miles si gestarit arma se se grauātia, non est terroris hostibus, qui sciunt armaturæ grauitatē, pedum velocitati, et bellādī v[er]sui obesse. Sin leuia acceperit & tractabilia, sicut auis aliqua obuium se feret hostibus. Sic & qui carnem suā non ebrietate, neq; indulgentia, neq; delitijs īcrassarit, sed īeiunijs et pre-

DE RESVRRECTIONE.

FO.XXXI.

cibus, diuturnaq; afflictionū sustinentia leuiorem & tenuiorem effecerit, sicut volu
cris aliqua supernq; deuolans, ita valitudo impetu in phalanges demonū irruit, & oc
currentes virtutes facile inuadit, sibi q; subiicit. In hunc modum & Paulus multis af
fectus plagiis, et in vincula coniectus, & ligneis vincitus compedibus, corpus quidē Fortitu
do Pau
habuit valde infirmū, laboribusq; emaciatum, animā vero fortē & inuictam, atq; li in cat
cere.
adeo fortis erat vincitus, vt ad solam eius vocem fundamenta carceris cōmoueren= A
tur, & solutis compedibus vincitus supra pedes statueretur, aperireturq; ianuæ clau
ſæ. Itaq; haud paruam nobis consolationē Paulus exhibuit, quæ cōcedatur etiā an
teq; resurgamus, nempe, q; temptationibus meliores & sapientiores reddemur. Idcir
co dicit, afflictio patientia operatur, patientia probationē, probatio spem, spes ve
ro non cōfunditur. Et iterum alius quidam dicit. Vir qui non tentatur, non est proba
tus, & qui non est probatus nullius pensi est. Et ita non parū nobis cōferunt afflictio
nes an resurrectionē, cū anima redditur probatio, sapientia & intelligētia p̄stantior,
et ab omni libera formidine. Et idcirco dicit. Etiā si extern⁹ noster hō corrūpitur,
internus tū renouatur in dies singulos. Effugatur enim oīs effeminatio, extinguitur Reno
cōcupiscētiæ absurdæ, et auaricia & inanis gloria, & in summa, interimūtur oīs uatio is
alię male puerſeq; cogitationes. Ut, ergo aīa, ignauiax socordięq; dedita, facile hu
iusmodi afflictionibus est obnoxia, ita si cōtinuis est implicita p̄ pietate certamini
bus, non tantū habet ocīj, vt de his, vel cogitet aliquando, curis videlicet ipsam, ab
his omnibus ad palestrę studia auocātibus. Propterea dicebat innouatur in dies sin
gulos. Postea vt denuo soletur animas dolentes in malis quibus afflīguntur, & aliā
philosophosia nescientes erigat spē futurorū, sic dicit. Quæ enim nūc leuis est afflī
ctio, mīre supra modum ēternæ gloriæ pondus operatur nobis, dum spectamus ea
quæ videntur, sed q; non videntur. Nā quæ videntur, tēporaria sunt, quæ vero non vi
dētūr, ēterna. Quasi diceret. Cum in hac vita afflictio multa nobis bona cōfert, nē Affili
pe, q; animā nostram sapientiorē prudētioremq; facit, innumera tamē & futura bo
na cōciliat, non ea quæ laboribus ex æquo rependūtur, sed multo ampliora q; certa vtilitas
minibus debētur, tam secundū qualitatē q; secundum quātitatem. Vnde comparat B
& excellentiā præmiorū & periclorū, et opponit breue nunc, & ēternitati & leuitati
pondus, afflictionī gloriā. Afflictio enim aīt, temporalis est & leuis. Relaxatio
autem. imo non dixit afflictionis relaxatio, sed gloria, quæ relaxatione afflictionis
multo est maior, utpote ēterna, & cōtinua, et magna. Pondus autem hic non ærū. Pōdus.
nosum & onerosum, sed magnificū & prēciosum aliquid vocat vulgari cōsuetudi
ne, quæ prēciosa grauioris esse ponderis vocare solemus. Cum igitur dicit pondus
gloriæ, magnitudinē gloriæ dicit. Inquit igitur. Ne hoc putas q; flagellaris, & ex
pelleris, sed potius cogita coronas & retributions q; illæ lōgiōres, maiores, & cla
riores sint præsentibus, nullūq; finem habeant, aut terminū. Et hæc applicat ad ten
tationē, illa vero ad spem, & de his dicit q; apparent, de illis vero q; non apparent.
Iam si recte sapis, iuīsibilia multo magis apparent q; visibilia, poterisq; illa magis vi
dere q; hæc, hæc enim trāseunt, illa autem permanent. Eapropter addit dicens, dum C
nos non spectamus ea quæ videntur, sed quæ non videntur, quæ enim videntur, tem
poralia, quæ non videntur, ēterna. At si dixeris, quomodo possum videre ea quæ
non videntur, & ea quæ præsentia sunt, non videre? Age tentabo quomodo tibi ho
rum fidem faciam. idq; a secularibus negocijs. Nam in rebus huius mūdi, nemo sta
tim aliquid agit, nisi priusq; videat visibilia, spectet iuīsibilia. Dicam autē exemplū per spe
Negociator multas fert tempestates, fluctuum insultus, naufragia, multa q; alia in
cōmoda, verum, nō nisi cum negociationē aliquā diu exercerit, & merces cōpor
sibilia.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

tarit, diuitijs partis fruatur. Et precedunt quidem tempestates, sequuntur autem merces, & videt quidem pelagus ac fluctus, cum e littore soluit, merces autem non videtur, tantum autem speratur. At nisi ad eam respiciat, quae non appetet. & absens est. & non in manu sed in spe, nunquam etiam presentia, & quae appetet attentabit. Similiter & agri colla iungit bouem, aptat aratum, profundos facit sulcos, seminaque spargit, & omnina quae appetet absumit, & frigora & glacies & hymbres, & alias fert aerumnas, que uis multas, tandemque post labores expectat, ut videat campos videntes, & impletam aream. En & hic prior est labor, posterior vero merces, & merces incerta, labor vero certus & difficilis, & illa quidem tantum in spe, labor autem in manibus. Verutamen & ipse nisi primus hanc spectet, quae dubia & non appetentes, & corporeis oculis in cōspicua, non solu non iungit bouem, sed & neque aratum trahet, neque semina sparget, neque vnde ad id operis, vel domo egreditur. Sicut igitur in rebus vita huius magis spectatur ad inuisibilia quam ad visibilia, & antea fertur labor quam videatur merces, & primum difficilia quaeque sustinetur, & sic inde expectatur fructus, sicque spes inuisibiliū primū adducit, & tunc visibilia quoque attinguntur. Ad hec dubitare, hesitare, & poscere mercedem antelabores, videntur esse animi abiectionis, quam sint agricolæ, et nautæ. non enim in hoc solo ipsis videmur esse deteriores, quod egre futura expectamus, sed etiam in alio quodam non minore illis. Et quodnam est hoc? Illi enim non satis fidere possunt finis suo. & incerti sunt quantam mercedis habituri, attamen sic a laboribus deterreretur. At tu fidei usorē coronarum habes fidem dignissimū, & neque sic imitaris illorum studium, ac strenuitatem. Etenim non unquam agricultura cum fermento fecit, cum agrum coluit, cum iam segetem increscere videt, spe tandem & retributione laborum excidit, quia vel grando, vel eruce, vel locustæ, vel alia quædam talia acciderunt, & post multos labores vacuis manibus domum regreditur. Mercator quoque post longam nauigationem, afferens oneratam nauim, saepē in ipso portus hostio, irruentibus ventis, impingit in scopulum, & vix nudo corpore saluato egreditur. Et in summa, in secularibus negotijs omnibus, saepē sub fine eiusmodi calamitates eveniuntur. Ceterum non idem in tuis contingit certaminibus, sed necesse omnino est, ut qui certauerit, & pietate seminauerit, multosque labores tulerit, fine ipsum assequatur. Neque enim aeris intemperie, neque ventorum tempestate, laborum mercedes subuertit deus, sed depositæ sunt illæ in coelestibus & indeprædabilibus thesauris. Propter hoc & Paulus dicebat. Afflictio patientia operatur, patientia probatio spem, spes autem non confunditur. Igitur ne dixeris futura inuisibilia, si exacte dicere volueris. Plus enim apparent quam illa ipsa quae in manibus sunt. Quod ideo Paulus nobis monstrans, dicit, illa quidem æterna, hec vero temporalia. Nomine temporalium de tibus, clarat nobis corruptibilitatem ipsorum, nam ante quam appareant aufugiunt, & auolant, Teporalia non antequam consistant, mutationesque eorum celeri momento fiunt, infidam igitur in diuitijs, gloria, potentatu, corporis forma, & quocunque seculari alio bono, possessione contueri licet. Eapropter prophetæ reprehendens agentes in delitijs, & in delitias, vel quis aliam rem temporalē insanentes. Quasi stantia dicit, reputarūt hæc, non quasi fugientia. Nam sicut umbrā nemo compræhederit, ita neque temporales res, sed eorum aliqua fine suo consummatur & dissoluuntur, alia ante finem velocius quovis torrente diffluunt. Futura autem non sunt talia, mutationem enim nesciunt, vicissitudinem non patiuntur, non ea virget senectus, nullam alterationem experiuntur, sed perpetuovit gent & in suo decore permanet. Et si de infidis, ambiguis, & non apparentibus descendunt, ea sunt presentia. Nam apud possidentes non manet, sed quotidie dominos mutant, & ab illis ad alios transiunt, & rursum ab illis ad alios. Vbi omnia hec a Pau-

lo dicta, qui vocat præsentia tēporaria, & futura æterna, tunc de resurrectione sermonē habet, sic dicens. Scimus q̄ si terrestris nostra domus huius tabernaculū dissoluatur, domū ex deo habemus, non manufactā, æternā in cœlis. Vide iterū q̄ pro prie etiam hoc loco dictionibus vtatur, & vim sententiæ suæ ip̄s nominibus declaret. Non enim simpliciter tabernaculū corpus vocauit, sed indicat nobis vitā hanc præsentem temporalē, & declarat quomodo cōmutanda sit in meliorē, quasi dicit Quid ingemiscis & lacrymaris dilecte, q̄ verberibus pulsaris, q̄ ab hominū cōtu expelleris, q̄ in carcerem intruderis? Quid leges, afflictioes illas particulares, cum Orādū pro perfecta corporis solutione orare debeas, imo nō simpliciter corporis, sed cor-ruptionis in corpore? Nam vt ostendit q̄ particulares illæ afflictiones non solū cō-tristare nos non debeat, sed & lætificare mōstrat, q̄ præcemur & operemur vñi solutio salem & postremā consummationē, dissolutionem inq̄ per mortem. Sic enim dicit ne.

Etenim in hoc ingemiscimus, desiderātes vt domiciliū nostrum superinduatur. Do-mū autem tabernaculī, corpus dicit, rem vnam duobus nominibus explicādo. Vel Taber-naculī vocat, domus in quib⁹ habitamus, ciuitates & figuram præsen-taculū. Tis vitæ. Et non simpliciter dixit Sc̄io, sed scimus, & auditorum quoq; sententiā as-sumpsit, dices. Non de rebus ambiguis dispu-to, nō de his quæ nesciuntur, sed de his de quibus iam pridē edoc̄ti estis, credentes in resurrectionē IESV CHRISTI, & ob hoc tabernacula vocamus corpora eorum, qui hinc decedunt. Vide autē quo modo & verbo apposite sitvs. Non dixit occisum est, vel disparuit, sed dissolutū Dissolu-est quo declarauit, quod dissoluitur, vt resurgat fulgidius, vt inueniatur clarius, sicut tu nesci-est, etiam labores & præmia conferebat a qualitate, quantitate, & tēpore. Ita & hic facit, corpus deciduum, tabernaculī, quod autē resurgit, domus nomine vocat, & nō simpliciter domum, sed æternam, sed cœlestem, excellentiam eius tam a tempore, quam a loco subindicans. Hæc enim terrestris est, illa cœlestis, hæc temporalis, illa æterna. Et nunc quidem opus nostro corpori domicilio propter carnis infirmi-tatem, tunc vero idem & corpus erit, & domicilium, neq; tecto, neq; vllis velamen-tis habens opus, pro omnibus his cōtentum sui ipsius incorruptibilitate. Postea in-dicando eminentiam bonorum nobis repositorū, dicit, Etenim in hoc ingemisci-mus. Quibus eos ad suam philosophiam trahere vult, & suæ possessionis facere par-ticipes. Etenim in hac parte ingemiscimus, desiderātes domicilium nostrum e cœ-lo superindui, non dixit simpliciter indui, sed superindui. Siquidem & induit nō in-ueniamur nudi. Et licet appareat obscurum esse, quod dictum est, fit tamen manife-stius pereā quæ subduntur. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gra-uati, eo quod nolumus exui, sed superindui. Vide quomō seipsum non arguit, neq; vocat domum hoc corpus, sed tabernaculum dicit. Eo quod nolumus exui, sed sup-indui. Hic opportune flagellat criminantes naturam corporis, & accusantes carnē nostram. Quia enim dixit, quod ingemiscimus & exui nolumus, vt ne putes quod Natura corpus quasi malum aliquid fugiat, & causam malicie, & inimicum, & hostē. Au corpori di quomodo suspicionē corrigit. Primum cum dicit, ingemiscimus grauati, eo qđ risbōa, nolumus exui, sed superindui. Quod autem dixit, hoc est, non carnē volo depone-re, sed corruptionem, nō corpus, sed mortē. Aliud est corpus, aliud mors, & aliud Corp⁹ corpus, aliud corruptio, neq; corruptio corpus est, & corruptibile quidē corpus est Corru-ptionē. Nam corpus opus est dei, corruptio autem & mors a peccato inuectæ sunt, Iḡitur ait, id quod alienum est exuere volo, non quod pro-prium. Alienum autem est, non corpus, sed corruptio. Et propter hoc ait/ eo quod nolumus exui hoc est auferri corpus/ sed superindui in corpore incorruptionem.

A

B

C

DIVI IOANNIS CHRYSOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

Corp^s; Corpus medio se modo habet inter corruptionem & incorruptionem. Degustat mediat hic corruptionē, & alibi degustat incorruptionē, ab ijs cīt quod accepit a peccato, & rupcio possidet quod dedit ei gratia. Vt discas q̄ extere, non de corpore dicit, sed de cor- ne et in ruptione & morte, audi ex his quę mox subijs cītūr. Nā postq̄ dixit nolumus exū, corrū- sed superindui, non dixit, quod absorbeatur corpus ab incorporeitate, sed quid? sed ptionē. Absor- vt absorbeatur mortalitas a vita, hoc est, vt euaneat, vt aboleatur, ita abolitionem beni non corporis vocat, sed corruptionis & mortis. Adueniens enim vita non corpus morta- abolet & absunit, sed corruptionē quę illud inuaserat. Gemitus ergo ille, non pro litatē. ppter corpus est, sed propter corruptionē & mortem, quę illi inest. Etenim corpus graue est & onerosum ac molestū, non secūdum suam naturam, sed secundū morta- Corp^s non na- litatē, quę postea illi superuenit, nō vt corpus, sed vt corruptibile. Tanta enim eius tura o- est generositas, vt dignitatē suam picturis quibusdam expresserit. Nam apostolo- nerosū. rum vmbrae incorporeas expulerūt virtutes, item cinis & puluis eorum, & amicula quę illorum adheserant corporibus, morbos fugarunt, sanitatemq; cōtulerūt. Ni- chil ergo mihi dephlegmate, & cholera, et sudore, & sordibus, ac alijs dixeris, quę Corp^s corporis accusatores narrant, neq; enim ex natura corporis hæc fuerūt, sed a poste non ob riore corruptione inuecta sunt. Nam si quę sit eius natura addiscere voles, confyde estvirtu tibus. ra membrorū omnīū formationē, figuram, operationes, mutuamq; cōcordiam, & vide ciuitatem illam optimis legib; gubernatā, non nisi sapientes habere ciues, vi debis diligentē membrorū inter se administrationē. Sin sursum de orsum, obiterq; hæc pretercurris, proferes solam passibilitatem & corruptibilitatē, quis nec hic nobis desit respōsio. Nam quod hinc humano generi non solum nihil damni, sed etiā plurimū commodi accesserit, inde colliquescit, sancti enim omnes in corpore viue- tes declararūt, quam gubernarint sensus suos nullo per eos, quātum ad virtutis cur- sum attinet, affecti in cōmodo. Quin & alijs qui mediocriter virtutem colunt, atten- dentes corporis imbecillitatē, minus in prēuaricationib; suis progressi sunt. Cum enim homines nō nulli etiam mortali & patibili hoc corpusculo circūdati, æquales se deo esse sibi visi sunt. et ob hoc tanta se gloria obseruari curauerint, qua non stulti cia decepti essent, si non passioni corruptioniq; obnoxium corpus, vtpote certū in firmitatis suę iudiciū sortiti fuissent. Quia ergo corpus obstat ipietati, quę summa est malicia, & sanctis declarat quanta ad virtutem opus fortitudine, quam veniā me- retur hi qui ipsum accusant, & malum clamant. Non enim talia de ipso dicenda. In super & hinc nobis ad dei noticiam patet via. Si enim inuisibilia eius, quę a cōditio- ne mundi in facturis cōsiderata cōspiciuntur, & fides ex auditu est, satis manifestū, quod per oculos & aures manuducitur anima, vt agnoscat deum qui illam fecit. Id- circo istuc ipsum Paulus clamat ac dicit. Nolo illud exui, sed superindui, & immor- talitatē. Quo pacto autem potest resurgere corpus, fieri q; corruptionis imune? At cum dei potentia operatur, quo pacto non euenerit? Sed quid de ipso inq; Te ipsum fecit deus, vt resurrectionum effigies opifex, id quod patet in seminibus, artibus, mate- rialijsq; metallorū. Etenim semina nisi prius moriātur, et putrescant, & corrūpantur,

F Mors non pariunt aristam. Sicut igitur qui videt ibi granū quod corrūpitur & dissoluitur, quid. non dubitat de resurrectione, sed certissimam demonstrationē facit. Nam si tam- neret, et non corrūperetur, vel dissolueretur, certū quod nunq̄ resurgeret. Sic cogi- ta & in corpore tuo, cum vides corruptionē, tunc potissimum de resurrectione philo- sophare. Nam mors nihil aliud est q̄ plena corruptionis consumptio. Neq; enim mors simpliciter corpus, sed corruptionē corporis absunit. Hoc etiam in metallo rū materijs vides euenerē, Rudē enim glebam in qua aurū accipiūt eius artis gnari,

DE RESVRRECTIONE. FO.XXXIII.

& inconflatorum mittunt, circūponendo stānum & aliam materiā, & aurum non proferunt, donec purū excoquatur, Iam si tantum potestignis potentia, cur non & diuina dic quæso. annon multo magis potest? Et quis mentis compos de his dubitaret? Cogita, quomodo tea principio fecit, nec erit quod de resurrectione ambigas. Nonne terrā accepit, & formauit, tametsi operosissimū videatur, formari et terra carnem & venas, & cutem, & ossa, & neruos, & arterias, & instrumentalia, & similitudinē corpora, oculos, aures, nares, pedes, manus, & ynicuiq; horum tam propriā, quam communem ineditam operationem? An non vides, quomodo vniiformis quidem terra, corpus autē multiforme & varium, nempe in operationibus, coloribus, figuraione, effetijs, & aliis omnibus? Dic igitur, qd ita de futuris dubitas? Et quid opus est dicere de corporibus? dic michi quomodo fecerit virtutes magnas, populos cœlestes, angelos, superioraq; his agmina. Hic nihil dicere potes, quā quod sola voluntas ad hæc sufficerit. Cæterū qui tot incorporeos formauit exercitus, hominis corpus dispersum renouare iterum, & in maiorem prouehere dignitatem nequit? Et quis sic insensatus est, qui de his dubitet, & resurrectionē fore inficias eat? Ad hæc, si non resurgit corpus, non resurgit homo. Homo enī non est anima sola sed corpus & anima. Si ergo anima sola resurget, dimidiū animal resurget, & ita non integrū. Sed & de anima non proprie dicitur resurrectio. Resurrectio enim eius est quod cecidit, & quod dissolutū est. Anima autem nō dissoluitur, sed corpus. Quid ergo id est quod ait, Siquidē & induitī non nudī inueniamur? Sacramētum magnū & ineffabile nobis ibi adumbratur. Quale autē hoc? nempe id quod & in epistola ad Corinthios dicit, Omnes quidem resurgent, vnuquisq; autem in suo ordine. Quid autem est, quod hic dicitur? hoc videlicet quod Græcus & Iudæus, & hæreticus, & omnis homo qui venit in hunc mundum, in hac nostra resurrectione erit, & hoc est quod manifestat dicens, Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur, in atomo, in momento oculi, in illo ultimo, tuba. Quia ergo cōmunitatis est omnibus resurrectio, & pijs, & impijs, & bonis hominibus, vtne putas iniustum quoddā fieri iudicium, neq; dicas ad teipsum, Quidnam hoc est? ego qui multo studio & labore, & in miseria vixi, resurgo, & Græcus, & impius, & Idololatra, & qui ignorat CHRISTVM, etiam ipse resurgit, & simili honore mecum fruatur, vt ne talia dicens conturberis, audi quid dicit. Siquidem induitī non nudī inueniamur, Et quomodo dicit, qui induitus est in corruptionē & immortalitatem, vt inueniatur nudus? Videlicet, si gloria priuamur, & fiducia ad deum destituimur. Et enim peccatorum quoq; corpora incorruptibilia resurgent, & immortalia, sed hic honor, somētum & viaticum ipsis erunt suppliciorū & ultionis, incorruptibilia enī resurgūt, vt semper vrantur. Nam cum ille ignis sit inextinguibilis, opus est illis corporibus, que & ipsa nunquam cōsummantur. Eapropter dicit, siquidem & induamur, non nudī inueniamur. Nō enim hoc solum est quod queritur, vt resurgamus, & immortalitatem induamus, sed vt cum resurrexerimus, induitī fuerimus immortalitatem, non iuueniamur nudī a gloria fiduciaq; erga deum, neque igni illi tradamus, & ob hoc dicit, Siquidem & induitī, nudī non inueniamur. Post hæc iterum fide dignum de resurrectione sermonem habet, & cum dixit, futurum, quod absorbeatur mortale hoc a vita adiicit, Qui autem nos fecit ad hoc ipsum deus a principio, propter hoc hominem formauit dicit, vt non pereat, sed vt ad in corruptionē pergaat. Et quando mortem permisit, hoc ipsam consilio permisit, vt ultione prudētior factus homo & melior, possit denuo ad immortalitatē duci. Ratum atq; firmum hoc consilium. & hæc sententia ab initio apud deum, atq; hac ratione primum hominē for-

A

B

Resur=rectio.

C

Nō in=ueniti nudū.

pecca=torum corpo=ra icor=ruptibi=lia re=surgēt.

E

DIVI IOANNIS CHRISOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

mauit, idq; statim nobis ex p̄cēmījs ipsis declarauit, Nisi enim voluisset nobis resurrectionis ianuas aperire, non permisisset Abelem omnī virtute præditum, factumq; sibi amicum, quæ passus est pati. Nunc autem vobis demonstratū est, q; ad aliam vitam pergitus, & aliud quoddam seculū iustis relictum est, in quo coronas

Abel
p̄cō
resurre
Aionis

D & retributiones sibi repositas accipiant. Hinc est quod permittit, vt is, qui p̄mūm hic iuste vixit, laborum suorum mercedes hic non accipiat, sed hinc abiens, clamet per ea quæ hic passus est, & ad omnes dicat, Post hanc vitam est retributio aliqua, & merces & remuneratio. Propterea etiam Enoch transtulit, & Eliam rapuit, docens per eos resurrectionis materiam. Et sufficit ad argumentorū copiam, sola conditoris potentia, at si quis est infirmior, & aliam insuper demonstrationem habere vult, & pignus futurę resurrectionis. Etiam id ipsum nobis deus magna liberalitate dedit, sp̄ritus scilicet gratiam. Quocirca cum Paulus de resurrectione sermonem habuisset fidelissimū, de CHRISTI resurrectione, eo quod de eius author esset adduxit & tertium. Et arrabonem nobis dedit, non auri nec argēti, sed arrabonem

Arrabō
sp̄itus. Arrabon autem pars est totius, & de toto fides. Nam sicut in conuiuijs, qui acceperit arrabonem, fidem habet, & securus est de toto reliquo, ita & tu cum accepis arrabonem sp̄itus. dona inquam, non iam dubitare debes, de cæteris bonis tibi repositis. Qui enim excitauit mortuos, curauit cæcos, demones expulit, leprosos mundauit, morbos emendauit, mortem soluit, & tanta ac talia potens est facere,

E & tu incredulus es? tu in fragili & mortalī corpore, quam assequeris veniam, de resurrectione dubitans? Si enim cum nō dum resurrectionis tempus aduenit, sed cum adhuc certatur, tantas reddit coronas deus, cogita quanta suo tempore bonorū brauia daturus sit? At si quis dicat, sed non videmus hæc signa nunc fieri, neq; nobis tāta virtus cōcredita est, illud responderim, quod nihil differt siue nunc, siue olim hec facta sint. Nam quæ prius ab apostolis sunt facta, testantur per omnem orbem ecclias, & populi & ciuitates, et gentes ad quas idiotæ p̄scatores peruererunt. Neq; enim toti orbi præualuerissent illiterati, & inopes, & pauperes, et viles, nisi miraculis adiuti. Verum nec tu gratiæ sp̄itus factus es expers. Etiamnum multa sunt donationis illius symbola, atq; his quæ enumerata multo maiora & magis admiranda.

Miracu
la in sa-
cramē-
tis ad-
miran-
da.

Signa
aposto-
lorū.

Non enim æquale est, corpus mortuum & animam occisam a peccati interitu liberae, quod per baptismum fit. Non æquale est, pellere morbum carnis, & ab i cere pondus animæ. Non est æquale oculum cæcatum restituere, & animā obtenebratam illustrare. Nisi enim esset arrabon sp̄itus & nunc, neq; baptisma adhibitum es set, neq; peccatorū remissio, neq; iusticia vel sanctificatio facta esset, neq; adoptionem filiorum dei accepissemus, neq; perceperissemus mysteria. Corpus enim & sanguis mysticus nō fiunt absq; sp̄itus gratia, neq; sacerdotes habuisset, neq; has sacerdotum ordinationes, sine tali visitatione fieri possibile, sed multa possem dicere gratiæ spiritus symbola, & quod etiam tu sp̄itus arrabonem habes, & mortem animæ pellis, cæcitatemq; cogitationum, & vitæ exuīs immūdiciem. Ne igitur dubitemus de futuris, præsertim cum talia acceperimus pignora, sed vndiquaq; de resurrectione sermonē solidum & vitam tantis dogmatis dignam exhibeamus, vt & assequamur hic bona incomparabilia, quæ sermonem ac mētem humanam transcēdunt. Quæ omnibus concedat gratia & misericordia sua dominus noster IESVS CHRISTVS, per quem & cum quo, patri sit gloria, simulq; sp̄iritu sancto, in secula seculorum.

AMEN.

DE PROPECTV EVANGELII. FO.XXXIII.

DIVI IO. CHRYSOSTOMI, DE PROPECTV EVANGELII HOMILIA. IN
DICTVM APOSTOLI: SIVE OCCASIONE. SIVE VERITATE. CHRI-
STVS ANNUNCIATVR. IOANNE OECOLAMPADIO INTERPRETE.

Vm pridem Pharisæi & Publicani mentionē faciendo, bigas duas ex virtute scilicet virtuteq; iungemus. ostendimus, quā sit utilis humilitas animi, & quam dānosa mentis arrogantia. Nam arrogantia, licet iusti ciæ societur, & ieunijs, & decimarum solutioni, posterior est. Humilitas autem licet peccato iungatur, præcurrit Pharisæi bigam, nec impe ditur q; improbus habet aurigam. Quid enim publicano deterius? Tamen nichilominus, quoniā animam suam contruit, & peccatorem se confessus est, præoccupavit Pharisæum, & ieunia, vt dicitur, habetem, & decimas dantem, atq; malis omnibus liberatū. Quare nam hoc? Quia tametipſi ab amicitia & rapina fuerit alienus, matrem tamen malorū omnium inanem gloriam & arrogantiam habuit in anima p fundius radicatam. Et idcirco Apostolus obsecrat & dicit, Vnusquisq; opus suum probet, & tunc in semetipſo tantū gloriationē habebit, & non in alio. Ille autem in medium prorūpit, omniū qui in toto orbe accusator, & omnibus se hominibus meliorem dicit. Non fuisset tolerabile, si se decem tantū, vel quinq; vel duobus, vel vni prætulisset. Nunc autē non solum paucis, sed & toti orbī se præposuit. Vnde nō mirum, q; cursu posterior fuit. Et si cut nauis, quæ multos fluctus transit, multasq; tempestates effugit, in ipso autem portu tādem in scopulū impingit, facturam totius in serēcōditi thesauri facit, Ita & Pharisæus ille postq; sustinuit labores ieunijs, aliasq; virtutes omnes, quia linguam non coercuit, arrogantia sua in ipso portu naufragiū fecit. Nam abire cum tanto detrimento a p̄cibus, a quibus lucrum erat sperandū, quid aliud est, q; naufragium facere? Proinde dilecti, cum hæc sciamus, omniū nos postremos existimemus, etiam si in ipsum virtutis culmen consecderimus. Scimus quoq; q; arrogātia ex ipsis cœlis superbientē deducere, & humilitas ex abyssō peccatorū molestę agentem, in altum reducere potest. Humilitas Pharisæo publicanum præposuit. Arrogātia autem & superbia incorporeas virtutes, diabolum inquam e cœlo deturbauit, humilitas & proprietū peccatorū agnitione, latronem ante apostolos in paradisum induxit. Igitur si qui sua cōfitentur peccata, tantā sibimet ipsis fiduciā cōciliant, qui multorū bonorum conscijs, animas suas humiliāt, quātas coronas assequuntur! Si enim humilitas peccatis sociata, tam expedite currit, vt iusticiæ ipsam recte iungas, quando eam iusticiæ coniunxeris, quo non perueniet, quos non trāsabit cœlos! Stabit planē fiducia magna inter angelos apud ipsum dei thronum. Contra, si cum iusticia copulata fuerit arrogantia, immodicā sua grauitate, etiam illius fiduciā detrahet, peccato autem iuncta, in quam gehennæ profunditatem non præcipitabit! Hæc dixerim, non vt iusticiam negligamus, sed vt arrogantiam fugiamus, non vt peccemus, sed vt modesti simus. Fundamentū enim philosophiæ nostræ est humilitas. Esto multo multū ædifices, habeas elemosynas, preces, ieunia, virtutesq; oēs, hac non p̄iecta, frustra & inuanū erunt oīa, facileq; ruet super harenā extrectū ædificiū, Nihil est in omnibus nostris bonis operibus, q; hac nō egeat, nihil est q; sine hac stare poterit. Etiā si dicas cōtinentia, virginitatem, contemptū diuitiarū, & quæcūq; libet, omnia prophana, impura, & abominabilia sunt abīq; humilitate. Cū hac igitur ædificemus, hanc in verbis, in opībus, in cogitationibus, in omnibus prestemus. Sed de humilitate sufficient hæc, non equidem vt virtutis postulat dignitas (nullus enim eam pro dignitate laudare potest) sed pro vestræ charitatis intellectu, scio enim q; amplexabimini eam magno studio, licet pati

Arrogā
tie ma-
lum.

Arrogā
tia pha-
risei.

C

Humili-
tas fū-
damen-
tū phi-
losophiæ
christi-
nae.

E ij

DIVI IOANNIS CHRISOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

cis admoniti dictis. Quoniam autem apostoli dictum hodie legitum, multis videtur ignauiae ansam praebere, opere preium, ut ipsum clarius reddamus, quo nulli frigidam defensionem in salutis suae perniciem inde sumant, Igitur eo sermonem flectamus. Quod autem hoc dictum? Siue occasione, inquit, siue veritate CHRISTVS annunciat. Hoc multi in ore habent, & simpliciter ac temere circumfuerunt, neq; priora, neq; sequentia legentes, sed abiecta aliorum membrorum consequentia, in animarum perniciem ignauioribus proponentes. Attentant enim illos hac via, a seniori fide adducere, deinde cum pauidos ac tremetes, & periculum suspicari visent, vt timorem illum ex animis eorum eximant, dictum hoc apostoli in medium afferunt dicentes, Paulus hoc admisit inquietes, Siue occasione siue veritate CHRISTVS annuncietur. Verum haec neutiqu se ita habent. Primum enim non dixit annunciat, sed annunciat. Dicere enim, Annunciat, eius est, quilegem statuit. Dicere autem, annunciat, est annunciar quod evenit. Quod autem Paulus legere non statuat, vt fiant hæreses, sed abducatur omnes ab hoc instituto, habet ex his, dicente

Nō ad mortis nisi doctri na. Si quis vobis euangelizauerit aliquid, praeter id quod audistis, anathema sit, etiam si ego, vel angelus de cœlo. Non autem anathematizasset & seipsum, & angelos, si rem periculo carere sciuisse. Et iterum dicit, Zelotypus sum erga vos dei zelo. Aptauia enim vos vni viro, vt virginem castam exhibeatis CHRISTO. Vereor autem

E ne forte vt serpens Euam versutia sua decepit, ita corrumpantur sensus nostri a simplicitate, quæ erat in CHRISTVM. Ecce & simplicitatem posuit, & veniam non dedidit. Nam si condonasset, iam non erat periculum, & si periculum aberat, frustra timuit Paulus. CHRISTVS quoq; non iussisset exuri zanzania, si res indifferens esset, nūc illum audire, nunc alium, & omnes absq; discrimine. Et quidnam est quod dicit? Repetā paulo altius historiam. Sciendū enim, in quo statu res Pauli erat cum haec scriberet. Quomodo ergo tunc agebat? In carcere erat, in catenis, grauisq; periculis. Vnde hoc manifestum? Ex epistola ipsa. Nam ante haec dicit, Scire auctem vos volo fratres, q; quæ michi acciderunt, ad maiorem euangelij profectum euenere, ita vt vincula mea manifesta facta sint in CHRISTO, in toto prætorio, ac cæteris omnibus, vtq; plures ex fratribus in domino fræti vinculis meis, vberius auerderent impavidæ sermonem loqui. Nero enim eum in vincula coniecerat. Quippe quemadmodum prædo aliquis, domum cunctis dormientibus ingressus, vt auferat omnia, si quem viderit accendere candelam, illum mox interimit, & lumen extinguit, Nero vt auferre & rapere alia absq; metu possit, ita & Nero tunc latronem & furem quælicitam agens, dormientibus omnibus, profundoq; somno grauatis, omniū bona discripient, nuptias inuadebat, domus subuertebat, nullumq; malicie genus intermittebat. Proinde mox vt beatum Paulum vidit accendere in mundo candelam, & affe-

F re sermonem doctrinæ, quo sua reprehēdebatur iniquitas, quo omnia facere licenter posset, curauit, vt & extinguere p̄dicationem, & interficeretur magister. Itaq; vincitū sanctum illum, coniecit in carcerem. Et tunc haec scripsit Paulus. Quis non admisit, & obstupesceret generosam illam animam cœli municipem. Vinctus, cōstrietusq; Philippib; scribit, Scitis autem quanto interuallo distent Macedonia & Roma. Neq; charitatem & memoriam discipulorum ex pectore eius vel viæ prolixitas, vel temporis tanta intercedo, vel negotiorum strepitus, vel molestiae, vel quæcunq; alia abrudebant, sed habebat oēs eos in mente. Neq; ita cathenis manus eius discipuli erant vinctæ, vt amore discipulorum anima eius cōstricta, id quod etiam ipse in proclamis. Amor pauli i mio epistolæ declarat, dicens. Propterea quod haebam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij. Et sicut rex mane super throno

num suum cōscendens, & in regalibus aulis considens, plurimas vndiquaque litteras accipit, ita & ille in carcere, quasi in regalibus palatijs sedens, multo plures & accepit & misit vnde quaque gentibus ad eius sapientiam cōfugientibus, & ad eum referētibus de omnibus quae apud se fiebant. Et tanto plura quam rex administrabat, quāto & maior principatus ei conceditus erat. Non enim eos solum qui in Romanorum ditione, sed & Barbaros omnes, deus qui terram & mare cōtinet, in manus eius dederat. Atq; hoc manifestans Romanis dicebat. Nolo vos ignorare fratres, quod sāpe pposueram venire ad vos, licet præpeditus fuerim usq; in hunc diem, quo frumentum aliquem haberem inter vos quoq; sicut & inter reliquias gentes. Gr̄ecis simul ac Barbaris, eruditis pariter at rudibus debitor sum. Quotidie igit̄ curę ei erat. quid Corinthijs, quid Macedones, quid Philippenses, quomodo Cappadoces, quomo Galatæ, quomodo incolentes Ponthum, quomodo omnes homines valerent. Et licet totius orbis curam susceperat, nichilominus tamen non solū pro gentibus integris, sed & pro uno homine solicitus erat. Et nunc quidem propter Onesimum epistolam mittebat, & propter eum qui apud Corinthios stuprum cōmiserat. Non enim hoc cōsiderabat. Q; vñus esset qui peccarat, & presidio egeret, sed q; homo esset. Homo dignissimū dei animal, & propter quem nec vnigenito suo pater pepercit. Non enim mihi hoc dicas, q; sit fugitiuus quispiam, vell latro, vell fur, vell facinorosus, vell q; sit pauper, abiectus, vilis, & nullius frugis, sed cogites q; & p ipso mortuus est CHRISTVS, sufficitq; tibi, vt pote idonea solicitudinis causa. Cogita, quātum illum esse necessariū sit, quem tantus CHRISTVS, ita appræciatus est, vt nec sanguini suo pepercera. Neq; enī opinor si rex pro aliquo occidi vellet, que reremus argumentū aliud, num magnus quispiam ille sit, quem rex tanti facit. Non autem ego tantum opinor, sed sufficiēt est mors eius, qui mortuus est, vt ostendat quātæ charitatis fuerit erga illum. Nunc vero, cū non homo, non angelus, non archangelus, sed ipse coelorum dominus, ipse vnigenitus dei filius, carne vestitus trax dedit semetipsum pro nobis ad mortē, si non omnia fecerimus, & attēauerimus, vt homines tanto precio redēptos, in omni cura habeamus, qua nos tuebīnur defensione, quam veniam impetrabimus. Et hoc ipsum Paulus indicans dicebat, Nec cibō tuo perde illum propter quē CHRISTVS mortuus est. Volens enim eos qui despiciebant & cōtemnebant fratres infirmos castigare, & in officio continere, vt persuaderet eis habendā proximorū curam, hanc vnicā rationem pro omnibus dedit. Igitur sedens in carcere, per tantū spacium epistolā scripsit Philippēbus. Charitas enim erga deum nullis humanis impeditur, vt pote supernæ in cœlis radicata. Et quid scribit? Scire autem vos volo fratres. Vidisti curam magistri p discipulis? audi & curam discipulorū pro magistro, vt scias q; hoc erat quo fortes & inuiti fiebant, quandoquidē ita mutuum inter se amore vincit̄ erant. Frater enim qui a fratre adiuuatur, est sicut ciuitas fortis, & multo magis, tot ac tanti, vinculo charitatis inter se iuncti, omnibus demonū restiterunt insidijs. Non opus est ulteriori demonstratione & sermone, Paulum discipulis deuinctissimū fuisse, qui & catenatus solitus pro eis erat, et quotidie moriebatur. Quod autem discipuli Paulo vicissim magno studio deuincti fuerint, & nō solū viri, sed & mulieres, audi quid dicat de Phœbe, Cōmendo autē vobis Phœben sororē, quę est ministra ecclesiae Cenchreēsis, Phœbe ut illam suscipiat in CHRISTO, sicut decet sanctos, et assit̄ ei, in quocūq; vobis eguerit negocio. Nam & hæc cū multis affuit, tum & mihi. Et hæc quidē, q; officiosae eum adiuuerit, magnum accepit testimonium. Priscilla autem & Aquilas, etiam mortem pro Paulo adierunt, de quibus sic scribens, inquit, Salutate Priscilas.

Pauli
principis
patus

A

Honi-
nis di-
gnitas,

B

Nulli-
hois cō-
temne-
da cursus

C

Disci-
pulorū
p Pauli
lo cura

Priscil-
la et aqui-
las.

E iij

DIVI IOANNIS CHRISOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

Epa-
phrodi-
tus.
Dlam & Aquilam, qui pro anima mea suam ipsorum ceruicem supposuere. Et dealio
quoq; his ipsis scribens dicit, q; appropiarit vsq; ad mortem, nō habita ratione vi-
tae, vt suppleret id quod in vestro erga me officio fuit dīminutum. Vides quomodo
amabant magistrum, quomodo suæ ipsorum animæ, salutem illius præferebant. &
propterea tunc nullus eorū superabatur. Hæc autem dico, non vt audiamus solum
sed & vt imitemur, & non ad subdītos solum, sed & ad principes sermo noster se p-
tendit, quo & discipuli frequens in magistros officium, & vicissim magistri eādem
Totus mons vñica domus Paulo. quam Paulus erga discipulos amoris affectionem declarēt. Etenim Paulus tam an-
xię omniū salutem curabat, perinde ac totus mundus sibi vñica domus foret, negle-
ctisq; suis vinculis, & plagis & afflictionibus, & pressuris consyderabat, & inquires-
bat quotidie quomodo res discipulorū se haberent. Et sæpe propter hoc ipsum so-
lum misit, nunc Tymotheum, nunc Tychicum, nam de illo quidem inquit, vt scia-
tis & vos quæ ad me pertinent, quid agam, de omnibus certiores vos reddet Tychi-
cus dilectus frater, & fidus minister in domino, quē misi ad vos in hoc ipsum, vt co-
gnosceretis de rebus nostris. Et iterum alijs, De omnibus rebus meis certiores vos
Tychi-
cus. faciet Tychicus dilectus frater, & fidus minister, et cōseruus in domino, quem misi
ad vos in hoc ipsum, vt cognoscat quid agatis & consoletur corda vestra. De Ti-
motheo aut, Quapropter & ego non aplius ferens, nisi ad hoc vt cognoscere fidē
vestram, ne quo pacto tentasset vos ille qui tentat, & inanis factus esset labor noster.
Titus
En necessitate in uno sæpe loco detentus, visceribus suis adesse non poterat, ita discipu-
lis suis aderat. Itaq; & tunc detentus in vinculis scribebat Philippē sibus, Scire vos
Disci-
puli fia-
tres. volo fratres. Discipulos fratres vocat. Tanta enim charitas est, vt abijsiat omnē in-
æ qualitatē, nullamq; vel eminētiā vel dignitatē sciat, sed & si quis omnibus sit
sublimior, adusq; humillimū omnium descēdit, Id quod & Paulus faciebat. Audia-
mus autem quid eos scire volebat. Quæ mihi acciderunt magis ad profectum euā-
geliū euenerē. Quo pacto & quomodo dīcorō? Num vinculis absoluēbare? Num
catenam deponebas? num impavidē prædicabas in ciuitate, et in ecclesia multos &
prolixos sermones faciebas de fide, suscep̄tisq; inde multis discipulis abibas? Num
fuscitabas mortuos, & admirationi eras? num leprosos purificabas & obstupefiebat
omnes? num demones fugabas? Nihil horum dicit, sed quid? et quomodo pfectus
euangeliū factus est? ita vt vincula mea manifesta fierent in toto pectorio, & cæteris
omnibus. Quid dīcis? Hic profectus est? hoc incrementū? hoc p̄diciatiōis lucrū,
quod omnes dīdicerūt te vinctū? Ita profecto dicit. Audi ergo sequentia, vt discas
q; vincula non solū non sunt facta obstaculum, sed & magnæ fiduciæ materia, atq;
adeo, vt pleriq; fratrum in dominū freti vñculis meis vberius ausi fuerint loqui impa-
uide. Quid dīcis o Paule? Non anxietatem sed fiduciam iniecerunt vincula, non ti-
morem, sed amorem, non habent quæ sequuntur consequētiā, Scio & ego. Neq;
enim iuxta humanorū operum morem hæc cōtigerunt, ait, sed supernaturā siebāt,
erantq; diuinæ gratiæ opera, vt vnde alij, inde illi fidentes reddebātur. Nam si quis
capit, constringitq; ducem, & hoc fit manifestū aliis. vertitur in fugam omnis exer-
citus. Et si quis pastorem abducit ab ouili, absq; timore abiguntur ous. At qui hic
non ita euénit, sed per omnia, secus. Dux vñctus erat, & siebant alacriores milites
omnes, maioribusq; animis & fiducia in aduersarios irrūpebant, Pastor cōstrictus
erat, & ous neq; auferebātur, neq; dissipabant. Quis vīdit? quis audiuit e magistro
rū aduersitatib; discipulos plus solaciū capere? Quomodo nō timuerūt? quomodo
non dixerunt Paulo. Medice cura temetipsum, libera temetipsum a malis, & nobis

DE PROFECTV EVANGELII. FO.XXXVI.

quoq; consultum erit? Quomodo non dixerūt talia? quomodo? Erant docti a grā
tia spiritus sancti. Hæc non ex infirmitate, sed ex permissione CHRISTI fieri, vt
magis effulgeat veritas. quæ per vincula & custodias, et afflictiones & angustias cre-
scens in altius fastigium erigitur. Etenim si vincula Pauli mentem deiecerent, & ti-
midiorē reddidissent, nō mirum, si ipse & qui eum accesserent, fuissent anxij. Ve-
rum quia plus afferebant fiduciæ, & ad maiorem gloriam cōducebant, magis obstu-
pescendum est & admirandū, quomodo per rem ignominiae plenam, gloria docto-
ri conciliatur, & per terriculamentū, fiducia & consolatio discipulorū crescit. Quis
non obstupesceret, videntes illum catena circūdatum, & demones fugere? Nō dia-
dema regis caput tam decorat, vt illius manus catenæ, non sua quidem natura, sed
gratia in ipsis efflorescente, quæ magis cōsolabatur discipulos, videntes quidē cor-
pus vincitum, linguam autē solutam, manus cōstrictas, sermonem vero liberum, &
in totum mūndum cītius q̄ solis iubar percurrentē. Magna sane discipulorum conso-
latio erat, cum re ipsa discerēt, nullam præsentū molestiarum grauem. Anima enī Furor
quando diuino amore & desiderio vere corripitur. ad nihil huius vitæ se conuertit, piorū.
sed sicut mente moti, contēnunt ignem & ferrum, et feras & pelagus, & omnia, ita
pij furore quodam, maxiime spirituali ac honestissimo insaniunt, deridentes omnia
quæ vident. Et propterea discipuli vidētes magistrum vincitū, exultabant magis &
gaudebant, re ipsa declarantes aduersarijs, quam sint vbiq; inuidi, & nullis manci-
pati. Itaq; rebus sic se habentibus, æmuli quidam Pauli, grauius bellum excitare, &
tyrannū contra eum crudelius exasperare cupientes, simulabant & ipsi sese esse præ-
dicatores, prædicabātq; rectam ac sanam fidem, ita vt & doctrina Pauli magis in-
cresceret. Hoc autem non ideo faciebant, quod fidem rectam seminare vellent, sed Alij ali-
vt audiret Nero prædicationē crescere, & doctrinam inualescere, & inde exaspera-
tus, quātotius Paulum in profundū demitteret, ac perderet. Itaq; duę erant tunc do-
ctrinæ, vna discipulorū Pauli, altera inimicorū eius, illis ex veritate, his ex odio &
cōtentione in Paulum prædicatibus, et hoc manifestans decebat. Alij quidem in-
quit, propter inuidiam & contentionem CHRISTVM prædicant, inimicis illis
designatis, alijs autem bona volūtate, quo discipulos suos intelligit. Deinde iterum
de illis inquit, Alij quidem ex cōtentione, nempe inimici non caste, non candidæ
prædicantes, sed existimantes addere se afflictionē vinculis meis, alijs contra ex cha-
ritate, & hoc quoq; de fratribus illis suis dicit, scientes q̄ in euangelij defensionem
cōstitutus sum. Quid ergo? Attamen quouis modo, siue per occasionē, siue per ve-
ritatem CHRISTVS tamen annūciatur. Atq; ita frustra & vane verbū hoc pro
hæresibus assumitur. Nam qui tunc prædicabant, non dogma corruptum prædica-
bant, sed fidem sanam & rectam. Quod si adulteratam doctrinam prædicassent, &
alia quam Paulus docuerat, non vtiq; euenisset quod volebant. Non volebant au-
tem aliud. q̄ vt aucta fide & multiplicatis discipulis Paulus a Nerone in grauius pe-
rículum adduceretur. Quod si alia quam Paulus prædicassent, non vtiq; discipulos
Pauli multiplicassent. Et si non plures fecissent, neq; exasperassent tyranum. Ig-
tur hic non dicit. q̄ corruptas doctrinas introducant, sed q̄ causa ppter quam præ-
dicabant, nō erat sincera. Aliud enim est occasionē prædicationis nō esse sanā, &
aliud non esse prædicationē sanam. Nam prædicatio quidē non sit sana, qñ errores
cōtinent dogmata. Occasio autē non sit sana, qñ dogma quidē sanū est, prædican-
tes autē non ppter CHRISTVM prædicant, sed vel ad inimicities, vel ad alio-
rum gratiā. Proinde non dicit q̄ hereses introduxerint, sed q̄ non ob rectam occa-
sionem, neq; ob pietatem prædicauerint, id quod prædicauerunt. Quandoquidem

E ii ij

DIVI IOANNIS CHRISOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

hoc non faciebant ad incrementū euangelij, sed vt Paulo infestī essent, & in maius periculum eum adducerent, Et propterea illos arguit. Cæterum vide quomodo diligenter hoc posuit. Existimātes inquit afferre vinculis meis, non dixit afferētes vinculis meis, sed existimantes, hoc est putantes quod afferant, insinuat, quod licet illi

Dsic opīnentur, non tamen ipse sic afficiatur, quin potius ob euangelij incrementum gaudeat, Vnde adiecit dicens, Et in hoc gaudeo, quin & gaudebo. Quid enī, si etiā semetipso perdūt illi, ex odio mei hoc facientes, dummodo & ea quæ mea sunt inuitus augeant? Vides quāta erat Pauli virtus? quomodo nullis diaboliversutijs capiebatur, et nō solum nō capiebatur, sed & ipsum laqueis suis apprehēdebat. Nam licet multiplex esset & diaboli versutia, et ministrorum eius malignitas, qui prēdabant quasi idem sapienter, quod Paulus. Quī tamen sapientes in versutia sua appræhendit, non permittebat hoc fieri. Proinde Paulus hoc tunc declarans dicebat. Manere quidem in carne, necessariū magis propter vos, & hoc certus scio, q̄ mansurus sim, & cum omnibus vobis permanens sim, in vestrum profectum & gaudium fidei. Illi enim presenti quidem eijs cere me cupiūt, et propterea sustinent omnia, deus autem non permittet ppter vos. Hæc igitur omnia diligenter seruate memoria, vt

Precan eos qui simpliciter ac temere scripturis, ac cum perniciē proximiū vtūtur, omniū cum dum vt sapientia corrīgere possitis. Poterimus autē & dīctorū memīnisse & alios corrīgere discimus.

Semp siad preces semper cōfugimus, & oremus deum, vt det sermonē sapientiæ, & intellectum auditus, certāq; & indepræcabilē huius depositi custodiām. Sæpe enim cōtingit, vt quæ studiō nostro corrīgere nō possumus, ea per preces efficere valeam⁹, per preces inq; perpetuas. Semper enim orandū est, & in afflictione & prosperitate,

orādū. & tam ei qui in tribulationibus q̄ qui in bonis. Et illi quidem qui in bonis & prosperitate, vt immota hæc maneant & non trāsferātur, huic autem qui in angustijs & afflictione, vt benignam eorum vicissitudinē sentiat. In tranquillitate es, ora deum vt ipsa tibi tranquillitas stabilis maneat. Tempestatē vides grauē, ora deum vt auertat ipsam, & ex ipsa trāquillitatem faciat. Exauditus es, gratias age q̄ exauditus es. Nō

Differt exaudit⁹ es, perseuera, vt exaudiaris. Et si differt aliqui dñs, non id odio facit, neq; te dñs dā auersat, sed differēdo diutius te secū seruare vult, Sicuti & patres filios indulgētibus do qua amātes, quo illos diutius apud se detineant, quos desideravident, dedīta opera, morā re.

Nō tur aliquid datur. Cæterū nō opus tibi patronis apud deū, neq; multo discursu, vt pus in blandiare alijs, sed licet solus sis, patronoq; careas, & per teipsum deum præceris, tercessō omnino tamen voti compos eris. Neq; enim tam facile deus annuit, cum alijs pro nobis orant, vt cum ipsimet oramus, etiā si plurimis plenī simus malis. Nam & hominum, quosvalde exulcerauimus, iræ quiescunt, si diluculo & meridie, & vesperi apud eos comparemus, atq; cum illis continua ac humili cōsuetudinē cōuersemur, & multo magis apud deum, si frequens fueris, licet indignus sis, dignus tamen eris, quoniam & indignus diutina familiaritatē dignus fieri potest. Porro tria hæc, nem

F pe quod indignum frequens cōuersatio dignum reddat, & q̄ deus magis annuat, si per nosipso oremus, quam si alijs orent, & quod dando sæpe differt, non vt nos vacuis manib; amandet, & animo hēsitabundo relinquat, sed vt bonorum maiorum nobis causa fiat. Tria hæc inquam ex parabola hodie nobis lecta manifesta face re tentabimus. Accessit Chananæa CHRISTVM pro filia orans, quæ a domine agitabatur, & clamans contenta voce, ait, Miserere mei domine, filia enim mea male a dæmonijs storquetur. Ecce alienigena mulier & barbara, & extranea a Iudeorum iurisdictione. Et quid aliud erat, quam canis, & indigna, quæ voti compoficeret? Non enim honestum est, inquit, vt accipiatur panis filiorum, et obis ciatur

**De mu
liere
chananæa.**

canibus. Attamen precum frequentia digna facta est non solum, vt inter filios re-
censeretur quæ erat canis, sed & vt multis laudibus honestata, dimitteretur. Dixit
enim, O mulier magna est fides tua. Quoniam autem CHRISTVS dixit, Ma-
gna est fides tua, nulla opus est demonstratione, & inquisitione vltiori de mulieris
huic gloria. Vides quomodo mulier, quæ idigna erat, ex assiduitate facta est digna
A
Vis discere quo etiam per nos ipsos orantes apud deū plus efficimus, quā dum alijs perse-
pro nobis orant. Clamauit hēc, & vt accesserunt discipuli dicunt, dimitte eam, quia orare.
clamat post nos. Et ad illos quidem dixit, Nō sum missus nisi ad oues, quæ perierūt
domus Israel. Quando autē ipsamet accessit, & perseverauit clamās, & dicens. Do-
mine, Etiam, Nam & catuli edunt de mensa dominorum suorum, tunc beneficium
dedit, & ait, Fiat tibi sicutvis. Vides quomodo repulit, cum alijs precareretur. Vbi vero
ipsamet orans pro dono clamauit, annuit. Illis enī iquit, Nō sum missus nisi ad oues
quæ perierant domus Israel, huic autem dicit. Magna est fides tua, fiat tibi vt vis. Si
Dilatio-
nem
benefi-
ciorum
militer ab initio & ad ingressum petitionis nihil respondit, vbi autē semel & iterum,
& tertio accessit, tunc deniq; beneficium cōcessit. Et in fine docet, q; dare distulerit
non vt eam repelleret, sed vt patientiā mulieris omnibus mōstraret. Nam si propter
repulsam distulisset, neq; tarde ei donasset, & nos minime agnouissemus mulieris ab
initio vsq; ad finem fortitudinē. Dimitte eam iquit, quia clamat post nos. Vos au-
ditivocem ego mentem video, scio quid dictura sit. Nolo thesaurum mentis suę oc-
cultum permanere, sed expečto & sileo, vt manifestetur, & omnibus clarus fiat. Cū
hæc omnia non ignoremus post hac, licet peccatores simus, & indigni in quos con-
ferantur beneficia, licet soli simus, & intercessoribus careamus, ne deficiamus oran-
do, ne despondeamus animū scientes, magnum apud deum patrocinium esse per se,
met ipsum magna alacritate ad deum contendere. Quamuis autem differat, & cesseret
vt largiatur, neq; sic recedamus. Scimus enim, q; misericordiæ magnæq; erga nos
Preces
validis
fime.
clementiæ est, ita differre & tardare. Si ita senserimus, animaq; dolente & feruida, ac
excitata, et tali qualib; ad ipsum Chananaea accessit, etiam si canes simus, grauibusq; in
peccatis, & nostra amoliemur mala, tantumq; fiduciæ accipiemus, vt alijs quoq; pa-
trocinari possimus, quæadmodū Chananaea hæc, non solum ipsa, fiduciam, & mul-
tas laudes consequuta est, sed & filiam intolerabilibus molestijs eripere potuit. Ni-
hil enim, nihil inquam preicatione ignita & sincera validius est. Ipsa enim & presen-
tia mala dissoluit, & a futuris pœnis eripit. Vt agitur & presentevitam facilius tran-
sigamus, & ad iudicium fidentius migremus, multo studio, alacritateq; sedula preci-
bus vacemus. Nam sic & reposita bona obtinere poterim⁹. Quæ nobis omnib; per
gratiā & misericordiam suam concedat domin⁹ noster IESVS CHRISTVS
cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, & honor in seculorum.

DIVI IONNIS CHRYSOSTOMI, IN BEATO IOB ET
ABRAHAM SERMO, IO. OECO LAMPADIO IN-
TERPRETE.



Thletam in certamen impellit erectavi tori statua, armigerū in pre-
lium prouocat, decreta fortibus gloria Christianos autē confirmat diabol⁹
in patientia, eorum qui strenue certarunt p̄econia. Quis autem tam
strennuus & fortissimi beatus Job⁹ quem vidit quidem diabolus, ag-
irritat
cōtra
Iob.
reditamen, primum detrectauit. Unde sapiens agonotheta fidens
athletæ suo, aduersarium irritat & ad certandum mouet, & idcirco

DIVI IOANNIS CHRYSOSTO. PSEGMATVM SERMO.

D beato Iob testimonium fert, præferthunc suum, apostatam inferiorem facit. Nam posteaquam diabolus circuisset omnia, tantasletq; omnes, ab uno autem hoc forfugiisset, cum eo cōgredi timens, ne proderet se ignominio seictum, eum cauillatus est. Dicebat igitur diabolo deus, qui omnia videt. Anima duertisti ne seruū meū Iob, q; non sit ei similis super terram, vir inculpatus, verax, iustus, pius, abstinenſ ab omni malo? Testificatur deus, vritur diabolus. Non permittitur ei aliud aduersus superiorem. Irridet ergo & cauillatur dicens. Nonne tu inuiniuisti omnem domū eius intus & foris? Tanta concedis & admiraris, si gratias agas? Accipe quod dedisti, & accipiam quod habet. Nam si in calamitates inciderit, & desistet etiam ipse a gratiarum actione. Irritauit igitur deus fugientē, vt coronaret vincētem. Magnum preconium Iob, quod tam gratus in felicitate, sed amplius quod sui similis inuenitur in aduersitate. Itaq; in bonum cedunt tentationes. Et diabolus certat vtvictus, Iob autem dum tentatur, apparet, vt scientia, quæ post multa tempora danda erat, spiritu sancti eruditione edocitus. Quo pacto dæmon strabitur hoc? Nondum erat lex, & longe ante euangelij predicationē præcessit. Quintus enim erat ab Abrahā, & nepos Esau, & legem seruauit sacrificando, & euangelium anxie cogitando. Vítulum enim sacrificiū Job implevit legē et euangelium. **E** cabat, quasi legem videns, & pro internis cogitationibus sollicitus erat, quasi euangelium spectans. Dicebat enim Job, Ne forte filij mei mala cogitarint in corde suo contra deum. Quis enim legem posuit cordi, nisi qui dicit alibi. Qui videt mulierē vt cōtatiōib; cupiscat, iam mœchatus est eam in corde suo & qui dicit. Omnis qui irascitur fratri reus erit iudicio? Vidit futura, qui ita mentis curam habuit, vidit euangelium ante datum legem. Oportebat autem, vt teis qui proficiebat, & ad perfectionis apicem ascenderet, & propriā recte ageret, & pro pueris sollicitus esset. Amabat autē pueros, qui ibi pueri ornatus erat, & honeste educabat eos, offerebatq; p incertis eorum peccatis sacramentia, Melius existimās offerre, cum non debeas, quam ingratiū esse cum deceas. Dives erat ex benedictionib; vtebaturq; pro necessitate diuinijs, itavt satiando pauperes, diabolum mirum in modū contristaret. Bona enim opera humana, plagi & vulnera sunt dæmonib;. Porro audiuit deus quæ sciebat, ab eo, qui quæ diceret nesciebat. Opinabatur enim satā, quod si auferretur possessio, auferretur & gratiarū actio & tolleretur patiētia. Verum deus sciēs cui confidebat, permisit diabolo, vt abraderet beatifacultates, quo cōprobaretur, perpetuovigens eius gratiarū actio. Vide autem dei prouidētiā. Imperfectū petit diabolus, sed non obtinet. Vnde saluator & Simoni dicit, Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticū. Ego autē orauī pro te,

F ut ne deficiat s̄ides tua. Quādiu imperfecti sumus, nobis parcitur, quādiu lactamur paternē fouemur. Vbi autem perfectiores facti fuerim⁹, perfectorū certamina etiā suscipim⁹. Dicit enim, Ablactati a lacte, auulsi ab vberē. Afflictionē super afflictionē suscipe, spem super spem. Non dixit ablati ab vberē, sed auulsi. Proficiēs enim ad perfectionē cogitū, vt cedat a lactendo. Sciebat suum athletam agonotheta, vi debatq; eius futura, de cuius presentibus testabatur, & dicit diabolo. Ecce oīa quæ cūq; habet dō in manū tuam, sed ipsum ne attigeris. Saluus sit accusatus, tollātur ab eo quæ existimātur gratiarū actionis causæ, diues gratiarū actione appareat. Etex, iuit diabolus a domino. Et factum est, cum filij Iob, & filiæ eius biberent vīnū in domo fratris sui senioris. Honestū conuīnū erat, id quod ostendit omnīū fratrum presentia. Sorores cum fratribus honestatis chorus sunt, ætasq; natu maximū apud eos in honore est. Etecce nuncius venit ad Iob & dicit ei, Iuga boum arabant, & asinæ iuxta pascebantur, & venerunt latrunculi, abegeruntq; eas, & pueros trucidarū gladijs. Saluus autem mansi ego solus, & venī vt nunciarem tibi. Seruatus est vñus, nō

miseratione eius, qui tantā substantiā abstulerat, sed ut grauius affligeret, & ne igno raretis quem tristitia afficere cupiebat, nūcium saluum reliquit. Adhuc eo loquentevenit nuncius alius, & dixit ad Job, Tu interim attende quomodo cōtinētes sunt tentationes. Fluctus fluctū impellit, sicut in vndis marinis. Adhuc illo loquenteve nit nuncius alius, Ut sanctus cōturbaretur, quasi quāuis ferret, quod prius dictū, nō tamen latus esset quod nunc diceretur. Hæc autem enarramus, non sicut qui veteres fabulas annūciant, sed monstramus rerum etiam quæ nunc contingunt vestigia. Adhuc illo loquente, venit alius nūcious & dixit ad Job ^{xxxviii} nūcious a nūciando, nō anatura. Nam angelus a natura angelica quomodo dicere posset. Saluatus sum ego ^{Angelus} solus qui ab interitu alienus est. Quid dicit nūcious? Ignis de cœlo decidit, & cōbus, sit oves, & pastores similiter deuorauit. Vide insatiabilem diaboli furem, vide extrema insaniam, vide cōpassionis expertem tyrannidē, vide quomodo iuxta ferētis vīres p̄mittuntur omnia. Saluatus sum ego solus, & veni ut nūciarem tibi. Adhuc illo loquente, nuncius alius venit ad Job. Vide nūcios super nuncios, tristia super tristia vide adamātem indiuisibilem, vide petram imobilem. Equites fecerūt tres acies, & circūdederunt camelos, & abegerūt eos, & pueros gladijs trucidarūt. Quid p̄dest dicere, & pueros gladijs trucidarūt cōmemorātur gladij, vt ad misericordiam mo ueantur viscera. Adhuc illo loquente, alius nūcious venit ad Job dicens, Filijs & filiabus tuis comedentib⁹. Hocversute postremo loco nunciari facit, vt si prima forūt ferret Job, quasi extraria, his saltem auditis, & mortis super filiorum morte viscerib⁹ nouis cōficeretur doloribus, & indignam aliquam ederet vocem, quam tentans se auditurū sperabat. Ad prima enim nihil respondit, semper posterioribus adobrutus Audiuīt tertīū, & quartum, & vt sapiens expēdebat secum fieri posse, & solere, quod equites vere latrocinati essent, iūstivere rapuissent. Verū quod oves absumptę erant Igrem igne nō perfundit oris cogitabat, sed manifeste agnoscebat eum qui hoc p̄mittebat Cōodes Non enim potestatem habuissent demones nisi p̄missum eis fuisset a deo. Argumentum autem, quod superne eis cōcessum esset, erat quod ignis descēdebat. Vnde enim missus ē cœlis. Inde uenit, vnde & iudicium. Igitur propter diuinam permissionem tollerabiliora erant, ignis cecidit ē cœlo. Vere iniusti iniuste egerunt, & auarī rapuerunt. Quis autē ignem detulit? Ostendit mihi ignis, qui descendit, quid velit & spectet agonothetes. Nam licet diabolus aliquid possit, nihil tamen potest, nisi quādo potestas ei fuerit concessa. Potestas enim ei non est propria, sed a deo illi concessa. Nulla Dixit itaq; opportuno loco. Filijs tuis, & filiabus tuis comedentibus & bibentibus apud fratrem suum natu maiorem, repente validus sp̄ritus uenit ex solitudine, & con cussit quatuor angulos domus corruitq; domus super filios tuos, & mortui sunt, Fa cōcessa. Etus est ergo symposij locus, sepulcrū & cœnaculum, cōmunis mortuorū tumulus. Saluus egovnus euasi, & uenit nunciarem tibi. Quid igitur fortissimus ille? quid vīctor ille inclytus? quid vtraq; dextra valens armat⁹ ille, ad hæc agebat? Vicerat ars misiusticiæ a dextris, agens in felicitate & diuitijs, vicit & a sinistris. Habens filios gratias agebat ablatis eis non minus gratus est. Proviuentibus sollicitus erat, p̄ mortuis sollicitus non est. Non iam pro peccatis sacrificia offert. Neq; enī habebat, quę offerret sufficiebat autem eius voluntati pro sacrificijs precēs. Tunc surrexit Job, et disruptivestes suas, Surrexit & disruptit. Tunc somniculosus supinaq; affectiōē hæc audieris, sed mente excitata & vigili. Disruptit enim vestem, non ingratus, neq; indignam vocem emittens p̄ animi impotentia, sed insultans diabolo, & inexplebilē eius qui omnia abstulerat, rapacitatem confundens. Vnam quam habebat vestem, & qua induitus erat, disruptit & deponit, gloriaturq; contra tentantem, ei ostendēs

A

B

C

DIVI IOANNIS CHRYSOSTO. PSEGMA TVM SERMO.

quod maiora illis sustinere queat. Dices autem mihi, tenui conjectura hæc loqueris & suspicaris, videntur hæc quasi ad gratiā composita. Haberem qua aduersus hos

D me defendere possem, apologiam. Disrupit, ait, vestimenta sua, & abrasit comā suā
Quare lobye non more gentiliū euulsi, neq; comā neglectam, sicut lugentes, habuit sed abrasit,
stēdīsu & abiecīt. Quorsum hæc spectant? In terrā cecidit & adorauit, ac dixit, Nudus exi-
pit.

ui de vtero matris meæ, nudus & abibo illuc. Non hæc vtingratus vel obmurmurās
vel īpius dixit, sed insultās diabolo, & abijs ciēs etiā quod reliquum erat, exūt ve-
stes, declarās & robur suum, & quod promptus & paratus aduersus fugientem esset
Ego nud⁹ exiū, nud⁹ & reuertar illuc, illuc quorsū, vbi p̄emīa expecto, vbi corona
spero. Dominus dedīt, dominus ab stultit. Nullus enim e manu eius, qui omnia con-
tinet, me rapiet nullus vīm faciet virtuti omnīpotētis, quāuis equites p̄edati sint au-
tar illuc rus rapuerit, diabolus incēderit, non tamen absq; volūtate eius, qui permisit factum
est aliquid. Sicut deo vīsum, ita & factū. Sit nomen domini benedictū. Vide & imi-
gratitu tare, Aduersa fert, & gratias agit. Magnitudo per quā grata mētis in tristibus appa-
do i ad- ret. Vides q̄ si in prosperitate gratias egeris, sycophāta diabolus factum tuum exte-
uersis. nuat & dicit. Non frustra colit Job dominū! Igitur t pateat, quod gratis colas do-
minū, temptationibus exploraris, & sic strennuus & fortis comprobaris. Et nos quia

Azyma dominicū pascha perficimus, azima synceræ fidei habeamus, oportet autem gusta-
fideila re & agrestes lactucas, Agrestes lactucas spontaneos labores intellige. Cum illis au-
tare, & ea quę diuina permissione nobis accidunt. Infert enim nonnūquā afflictiones
agrestes p̄ quam amaras. Verum tu quādo amaritudinem plagarū degustas, dic sicut ille. Vi-
uit dominus, qui ita me secuit, viuit omnipotens, qui amarā fecit animā meam, futu-
rum est olīm amarum hoc antīdotū, animæ salubre. Et quia intestino malo labora-
mus, nocuia illa, amaritudinis gustu expellamus, quo bona valitudine vegeti, domi-
nicarū carniū cœna expleamur, pascha enim comestri sumus. Poposcit olīm deus
nōpuer Isaacum ab Abraham, quem ille quidem alacriter dedit, deus autē nō accepit, vtpo
isaact te salutī nostræ non sufficientem hostiam. Attamen typus ille factus est p̄esignans
sed fili⁹ i sacrifici quod posthac veritas p̄estitit. Colligatur Isaac, & nō occiditur, Dicit deus, Abra-
ciū peti ham Abraham. Non extendas manū tuā super puerum. Quare non dixit filiū
tut. sed puerum? Vilius erat, vtpote homo. Opus autem erat non seruovel puer, sed fi-
lio. Ne extendas manū tuā super puerum contentus esto figuraveritatem suscipe,

F Et Abraham quidem prophetat, decipitq; seruos. Vide veritatem in dīctis quæ eue-
niunt, Et quid dicit? Sedete, ait, hic cum asino, ego autem & puer transibimus vſq; il-
luc & postq; adorauerimus reuertamur ad vos dixit, quidem ita, sed nō ita in animo
habebat, Accidit autem vt dicebat, nōvt sentiebat, Cæterū seruos reliquit, vt ne co-
gatur aliqua ex parte facere, quod īgratū deo. Timebat enī, ne illi existimaret pās,
Seruos sum eum senile aliquid, & ita a sacrificandi conatu abstraherēt dīcentes. Quid o do-
abrahā mine! eum ne, qui ex promissione tibi datus est immolas? sacrificas ne dilectū illum
ad sacri ficiūnō a deo datum senectutis alūnum, heredem, nostrum dominū, tuum successorē, Sar-
admit: filium, vnicum ex ipsa, & iam tātum ac talem? Quid facias consydera, cōmunicā id
sit, consiliū vel generationis & vitæ consorti quæ propter ipsum tot dolores partus tulit
detinēmus te nos occide. Eapropter sapiens ille senex obsistētes non accepit, sed fe-
cit, vt sacrificium sua portaret ligna, essetq; figura saluatoris crucem gestantis, Por-
to gestat puer & loquitur, mouentur paterna viscera, & ab obedientia dei pater non
desistit. Quid inquit puer? Pater inquit, Cogita qualis sit hæc vox apud patrē aman-
tem filium. Nos balātis ouiculæ, quæ inarticulatam vocem emitit, misereremur sa-
crificaturi, cogita quantum hæc ouis moueret, si cum pusillo animo ita loqueretur?

EPISTOLARVM QVATVOR.

FO.XXXIX.

Pater inquit ecce ignis & ligna, vbi ovis sacrificio destinata? Erat autem ipse ovis, quæ iuxta spiritus sancti sententiam loquebatur, quo ad misericordiam sacerdos mouetur. Verum ille iam dicerat, Qui diligit patrem, vel matrem, vel filium, vel filiam, plusq[ue] me, non est me dignus, & imitabatur patrem illum, de quo dictum est, q[uod] proprio filio suo non pepercit deus. Vbi est ovis inquit, sensatus puer. Quid igitur pater dicit? Deus prouidebit sibi ipsi ouem in sacrificium, filium. Non seruū, sed filium non famulum, sed filium. Scito igitur quare pascha perficias. Ne fermentes azyma ne hæretica malicia permiscueris, habe pura azyma. In azymis enim synceritatis, et veritatis festa celebramus. Festa autem non intellige relaxationem solam. Sint & ie iunium, bene sensatae animæ festa, sint & afflictiones, & castigations festa. Pro te ipso ieuna, propter cibum fuisti inobediens per ieunium obedis. Cibus e peradiso eicit, ieunium te reducit. Hoc nos preceptum diuinum sancta scriptura docet, quæ solui nequit, & cœlo ipsoprefessa est. Cœlum enim inquit & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, Ne timeas hominū minas, sed dei. Tuta armatura est dei timor, inexpugnabile scutum pia fides. Ne simus timidi, ne simus incōstātes. Minæ indoctum facile transibunt, firmatū autem scientia non ignis, non gladius, non presentia, non futura, non periculū, non diabolus, modo diuina adsit gratia. In rem nostram sunt tentatiōes. Probatī fuimus in felicitate, probati simus & in aduersitate Alacres simus, eritq[ue] vt non affligamur. Deus enim alacritatem mentisvidens, contentus erit solavolūtate. Quod si deus nos etiam affligi voluerit, hoc erit in gloriam & probationem nostri, vt dicamus ei etiam nos. Hæc omnia venerunt super nos, et non sumus obliti tui. Si enim nobiscum deus, quis contra nos? Momentanea est afflictio, sed perpetua gloria. Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum læticia. Qui imitatores fuerint patiētæ beati Job, & fidei beati Abraham hæredes, & pie tatis vtrorūq[ue] successores, in eundem quoq[ue] sanctoru[m] adnumerabūtur chorū. Quorum enim similis ordo & per fides, eorum & idem honor. Deus qui coronauit beatum Job, & confudit diabolum, credētibusq[ue] virtutem eius monstrauit, is omnes nos cōseruet immaculatæ vitæ studiosos, & piām fidem toto pectore amplexantes, in CHRISTO IESV domino nostro, cum quo patri & spirituis sancto sit gloria & imperium, in secula seculorum. AMEN.

EPISTOLAE QVATVOR DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINO POLITANI. IO. OE COLAMPADIO INTERP.

Innocentio episcopo rhomæ domino meo reverendissimo, pientissimoq[ue], Joannes in dominos salutem.

Antequam redditæ sunt litteræ nostræ opinor, pietatem vestram audiuisse quid nam hic patrare ausa fuerit iniq[ue]itas. Ea enim rerum est magnitudo & grauitas, vt nulla ferme orbis pars reliqua sit, quæ tristem hanc tragediam non audierit. Quādoquidem famav[er]sq[ue] ad fines terræ perlata, plurima vbiq[ue] lamēta & eiulatus excitauit. Verum Nūcicē quia non satis est plangere, sed opus etiam, vt cura geratur, & spectetur qua ratione, & quo consilio, grauissima illa ecclesiæ tēpestas sedetur, proinde necessarium esse duxim⁹, vt persuaderetur Demetrio Pansopho Pappo, & Eugenio Rho dominis meis maxime venerabilibus, pijsq[ue] episcopis, vt relictis negotijs proprijs pelago se committeret, susceptaq[ue] longinqua peregrinatione hac, ad vestram prope

A

ab abh[er]e

cōlāna

azyma

puta

Festa ie

iuniorū

docti

cōtāto

res

B

aff. icō

num.

C

DIVI IOANNIS CHRYSOSTO. PSEGMA TVM SERMO.

rarent charitatem, de omnibus vos manifeste docentes, quo quātotius rebus suc ratur. Misimus autem cum eis venerabiles dilectosq; diaconum Paulum, & Cyriacum, qui & ipsi, quæ facta sunt, charitatib; stræ exponet. Etnos quoq; paucis, in epistola formâ docebimus, Theophilus ille, qui Alexandrinæ ecclesiæ episcopatū res vocatur, gendum suscepit, cum a pietissimo rege, cui aduersus illum quædam nunciata erant ab ipso iussus esset venire solus, collecta multitudine episcoporū nō paucorū huc venit, quo preludio quasi declarare volebat, se ad bellum, & ad aciem pergere, cūq; in magnâ, diuinoq; cultui deditam urbem Constatinopolin ingredetur iuxta consuetudinē & constitutionē hactenus obseruatam non intravit in ecclesiam, neq; nos accessit,

Theophilus, neq; participem se fecit, vel sermonis, vel precuni, vel cōmuniōis, sed egressus enā nō comūi, & præter cursus ecclesiæ vestibulis, alicubi extraribem diuersatus est, tametsi nos mūica plurimū obsecraremus, & ipsum & eos, qui cum ipso erant, vt apud nos diuerterent uitchy. Erant enī diuersoria, & omnia alia quæ oportebat bene instructa. At neq; ille, neq; ip̄sī nobis morem gerebant. Vnde nos ea videntes, valde cōsternabamur animo, & quamvis iniustarum illarum inimicitiarū causam nullam inuenire possemus, nihilo

minus tamē officium eis, quod illi nobis debebant impendimus. Nam iterum atq; iterum eum obsecrauimus, vt se nobis cōiungeret, ac diceret cuius gratia, statim ab initio tantum excitaret bellum, tantamq; urbem seditionem faceret. Verum cum ille causam dicere nollet, neq; vrgent accusatores eius, vocauit nos rex pientissim⁹ & iussit vt iremus ad locum, in quo ille agebat, reiq; summā ab eo audiremus. Nam insidias & cedēs, & alia plurima causabantur, nos autem scientes leges patrū, viroq; honorem habentes, acceptis etiā super hac re ab eo litteris. Oportere in quibusq;

Theophilite meritas prouincijs sua negotia tractari, transmōtanosq; ad nostra iudicia non trahēdos for titer detrectauimus, ne causam susciperemus iudicādam. Porro ille sicut & prius nobis oblectari cœpit, & multa autoritate vocato archidiachono meo, quasi iam ecclesiavida uata esset, ac episcopum non haberet, clerum omnem sibi per illum adiunxit, factæq; sunt ecclesiæ seditiones, & e singulis ecclesijs abducebantur clerici & instruebātur, vt nos accusarent, & libellos aduersus nos produceret. Post hæc vocauit & nos ad iudicium, nondum dilutis quę aduersum se erant causis, id quod contra omnes canones, & leges est. Porro nos scientes, quod non ad iudicium, sed ad hostē & inimicū perrecturi essemus, id quod satis declarant, quæ prius ac postea sunt facta, misimus eum episcopos, Demetrium, episcopū Pisinatiū, Eleusium, Apamiae, Lupinum, Appiariae, Presbyteros autem, Germanū, & Seuerum, qui cōgrualitate respōderent, ac dicerent. Non vitare nos iudicium, sed inimicum pertum, & hostē manifestarium. Nam qui nō dum acceptis libellis statim ab initio talia fecit, & seipsum abstraxit ab ecclesia, precibus & cōmunione, & insuper accusatores subornauit

F D clerum ad se traxit, ecclesiam desolauit, quomodo idoneus censeri possit huiusmodi, vt in iudicis thronum consecēdat sibi minime cōgruētem? Neq; enim congruum est, vt hi qui in Aegypto sunt, iudicent eos, qui in Thracia, & præsertim ille, qui ipse

Appelatus est, inimicus, & hostis. At illenihil horum reueritus, magno studio anhelabat, lat chrytostomi ad cōfiliū, vt perficeret ea quæ mente conceperat. Cum autē cōtestaremur paratos nos ad diuinum criminā, & ad innocētiā, sicut & innocentes sumus declarādam, coram centum, vel mille episcopis, non assensit, sed licet absentes essemus, & ad synodū appellaremus, & iudicium inquiremus, & non auditoriū, sed manifestas inimicitias fugeremus, ipse tamē accusatores suscepit, meos excommunicauit, & de illis, qui nondum se de suis purgauerant criminibus libellos collegit, quæ omnia legibus ac canonicis prohibita sunt. Et quid opus est multum dicere, nō destitit omnia facere & tra-

Etare donec nos vi, & potentia e ciuitate & ecclesia ejceret, etiam iam prouecta ve-
spera, & vniuerso populo nos attrahete. Tractus igitur vi, & abductus a magistratu
ciuitatis, in media ciuitate, & in nauim cōiectus per noctem nauigauit, eo quod ad sy-
nodum & iustum iudicium prouocaram. Quis hæc sine lachrimis, etiam si lapideū
cor habeat audiret? Verum sicut prius dixi ea quæ perperam fiunt, nō solum deplo-
randa, sed & corrīda sunt, & ideo charitatem vestrā obsecro, vt prouocetur ad cō-
dolendum, faciēdumq; omnia quo mala hæc sistantur. Neq; enim hīc facinorum il-
lius finis, sed ad priora adiecit & alia. Nam postquā eos qui ecclesiam inuaserāt pīe-
tissimus rex eiecit, & multi episcopi qui aderant cognoscētes, & fugientes insidias il-
lorum quasi incēdium depascens omnia, in suas regiones conesserunt, nosq; iterū Reuoca-
in urbem, & in ecclesiam, a qua eiecti eramus, vocati sumus, inducētibus nos episco- tur
pis supra triginta & notario a rege pīetissimo, in hoc misso, ille statim aufugit, eo φ
ingressi mox obsecrabamus Christianissimū regem, vt consiliū cogeret, quo facta Chryso-
hæc iustificarentur, Male conscient enim sibi erat, & reprehensionē pertīmescens & Fugit
īdcirco cum regis literæ in omnia loca mitterentur, & vndequaq; omnes congrega- Theos-
rent, occulte mediaq; nocte ipse & sui consensa nauit, elapsi sunt. Porro nos, vtpote philus.
conscientiæ nostræ fidentes, non propterea destitimus, sed eadem iterū a Christia B
nissimo rege rogauimus. Qui & pro sua pietate, missis ad illum nuncijs, eum & om Instat
nes, qui cum eo erant, ex Aegypto vocauit, vt rationem factorū redderent, neq; suf apud re-
ficere putarent, ad defensionē, quæ attenterant ex vna parte, absentibus nobis, tam gē p iu-
iniuste contra tot, ac tantos canones. Atqui regijs literis ille non obtemperauit, sed dicio
domi mansit, prētexens seditionem populi, et intēpestiuā festinationē, tametsi etiā chryso-
illic erant qui ei reluctabantur, & populus quoq; ante literas conuicijs eum abluerat. C
Verum hæc nos exacte prosequi nolumus, summatim nefarios illius conatus osten philia
dentes. Itaq; nos non quieuimus, sed in hoc incubuimus, orantes regem, vt habere- plebe
tur iudiciū, in quo agere & respōdere liceret. Dicebamus enim nos paratos ad ostē sua res
dendum nos non esse reos, sed illos legum extremos transgressores. Erant autē reli prehen-
cti hic Syri, qui cum eo affuerant, & cōmuniter omnia fecerant. Quos etiam acces sus
simus, ad dandam rationē parati, atq; super ea resēpe eos interpellauimus, obsecran Syri cō
tes, vt dignentur nobis libellos & commentarios accusationem dare, vel genus cri- dēnāt
minum, vel accusatores ipsos significare. Verum nihil horum obtinuimus, iterūq; secūdo.
ex ecclesia eiecti sumus. Quod si quæ tunc contigerunt, & omnem excedūt tragē C
diam, enarrare velle: quis sermo explicaret? quæ auris sine horrore perciperet? Cū
autem illa, quæ dixi, pretenderemus, ipso magno sabbato, collecta manus militum
ad vesperam diei, in ecclesiā ingressa clerum omnem qui nobiscum erat, vi eiecit, &
armis gradum cīrcuncīra muniuit. Mulieres quoq; quæ per illud tempus se exue-
rant, vt baptizaretur, metu grauiorum insidiarum nudæ aufugerūt. Neq; enim con- Baptis-
cedebar, vt sevelarent, sicut mulieres honestas decet. Multæ etiam acceptis vulne mō vio-
ribus ej̄ ciebātur, & sanguine īplebātur natatoria, & sancto crōe rubescēbat fluē latus.
ta. Neq; hic rerum finis erat. Nam & sanctuarī īgressi sunt milites, quorū aliquos
scimus nullis initiatos mysterijs, & viderunt omnia, quæ intus erant. Quin & sanctis
simus CHRISTI sanguis, sicut in tali tumultu cōtingit, in predicatorū militum ve-
stes effusus est. Fiebantq; quasi in barbarica captiuitate omnia. Vulgus enim in so-
litudinem fugabatur, populus omnis extra ciuitatem versabatur, erantq; in tanto fe-
sto vacuæ ecclesiæ, & plures quā quadraginta episcopi, qui nobis cōmunicarāt cū Orta sea
populo & clero, sine causa fugabatur. Et ob p̄digiosā flagitia, vbiq; perfora, per do- ditio.
mos, per solitudines, per omnes ciuitatis partes, omnia lamētis, eiulatibus, fontib⁹

DIVIO. CHRYSOSTO. PSEGMA TVM EPISTOLA.

Iacrymarū, & id genus calamitatibus plena erant, & in tanto tumultu, & trepidatio ne ac planctu erant omnia, ut non modo qui affligebātur, sed & qui nihil tale patiebātur, & non solum qui nostrae fidei erant, sed & Hæretici & iudei, & Gétiles quas si ciuitate capta nobiscū dolebant. Talia ausi sunt illi præter sententiā pietissimi regis, nocte profunda, episcopis hæc instruētibus, & vbiq; militantibus, nec erubescētibus, quod essent duces militum, & pro diaconis satellites præeūtes haberēt. Facto autem dīe, omnīs ciuitas extra muros sub arbores, & in nemora emigravit, ibi festū diem celebrans, quasi oues dispersæ. Liceat vobis in his & cetera oia pensare, nam omnia quæ facta sunt, sermone cōplicti vt dixi, impossibile est. Est autē & hoc per quā molestum, quod talia, tantaq; mala, nullum adhuc finem accipiūt, neq; spes est quod statim finiātur, sed augmentur indies magis ac magis, nosq; multis ridiculo factū sumus, imo ridet nullus, etiam valde peruersus, lugent autem omnes, propter extre-
mam et inauditā hanc maliciā, malorum facile colophonē. Quid, si quis dicet, de turbationibus etiam in alijs ecclesijs postea excitatis? Nō enim hic cessauit hoc malum, sed vsq; ad orientem peruenit. Nam sicut a capite quod malis humoribus plenū & reliqua membra corrūpuntur, ita & nunc quoq; tumultus, qui in hac magna ciuitate cœperunt, quasi ex fonte in omnialoca effluūt, & clericibiq; in episcopos insurgunt, & episcopi ab episcopis, & populi a populis scissi sunt, & alij propediē scindentur, & epectatur vbiq; malorū partus, orbisq; totius subuersio. Igitur domini maxima mevenerandi, & pīj cum hæc ita se habere didiceritis, studium vestrum, & magnam diligentiam adhibete, quo retūdatur hæc, quę in ecclesiās irrupit iniquitas. Quippe si mos hic inualuerit, & fas erit cuiuis in alienam parœciā irrumpere, idq; ex tantis interuallis, & eijs cere quos voluerit, & authoritate propria queq; pro libidine sua facere, scitote quod breui transibunt omnia, & totus orbis premetur, bello nō indicto omnibus ab omnibus electis, & omnes in ijs ciētibus. Quapropter ne confusio hæc, omnē que sub cœlo est nationē inuadat, obsecro vt scribas quod hæc tam inique facta, & absentibus nobis, & non declinatibus iudiciū, non habent trobarur, sicut neq; sua natura habent, illi autem, qui inique egerūt p̄cenę ecclesiasticarū legū subiaceat nobisvero, qui nec cōuicti, nec redarguti, nec habitū vt rei, literis vestris & charitate vestra, aliorumq; omnium, quorum scilicet & antea societate fruebamur, frui concedite. Si autem aduersarij nostri, qui ita inique egerūt, adhuc fingunt criminā quędam, propter quae nos iniuste eiecerunt, nō datis nobis, neq; cōmētarijs, neq; libel lis, neq; manifestis testibus, agemus & tuebimur etiam nos libenter causam, mōstra bimusq; illos ipsos, nō nos reos esse eorum, que nobis impingūt, sicut & plane innoxij sumus, & contra que ab ipsis facta, contra omnē sunt honestatē, cōtra omnes leges, contra oēs ecclesiasticos canones. Et quid dico canones ecclesiasticos? Neq; in gentilium iudicijs, neq; in barbarorū tribunalibus talia attentata sunt vñquam. Nō iudi-
cādum
vna pte
absente
Neq; Scythæ, neq; Sauromatæ vñquam iudicarunt, iudicium dandum vni parti, absente ea quae accusatur, & vitante non iudicium, sed inimicitias, & inuocante multa millia iudicum, & potestate coram toto orbe declaraturam, se non esse ream, depulsuramq; criminā, & ostensuram suam innocentiam. Hæc igitur omnia, cum ita se habere intellexeritis a dominis meis pietissimis fratribus nostris episcopis, obsecro, vt præstetis id quod petent officij. Quod nō solum nobis gratificabimini, sed & eccliarum vniuersitati, mercede inq; accepturi estis a deo, qui nihil nō propter eccliarum pacem facere dignatur. Semper vale, & ora pro me domine dignissime et sanctissime.

AMEN.

INNOCENTIO EPISCOPO RHOMAE, IN OANES IN
DOMINO SALVTEM.

A

COrpus quidem nostrum, uno eodemq; loco tenetur, & stabilitum est /
 animus autem charitatis ala in vniuerso orbe circuulat. Proinde licet tanta itineris intercedine separatis, a pietate tamē vestra nō absumus, sed cottidie vobis presentes sumus. Animi enim oculis videamus vestram illam fortitudinem & sinceram affectionem, cōstatiamq;
 nō mutabilem, & quod vos cōsolari nos plurimū & perpetuo cupatis. Quanto enī fluctus extolluntur sublimius, & plures latentes scopuli, vehementioresq; venti sunt & tempestates, tanto & vigilancia vestra augetur. Neq; vos tanta viæ prolixitas, neq;
 tantum temporis interuallū seignores reddidit, sed perseveranter imitamini optimos gubernatores, qui tunc maxime vigiles sunt, quādo eleuari fluctus, & mare intume, scere, & multas aquas in nauim inundare, grauissimāq; interdiu noctem ingruerent. Eapropter & gratias vobis habemus multas, & desideramus quidē ad vos dare crebras literas, id quod nobis maximo foret solatio. Verum quia solitudo huius loci in tantum vos a nobis separat, neq; facile ad vos peruenire valēt hi qui nobiscū agunt, vel etiam qui in vicino habitant, tum q; in extremis finibus locus ille situs est, tum quod latrones vias illas circū circa obseruent, precamur, ut diuturnū silentiū nostrum efficiat quod magis nobis cōdoleatis, q; nos reos putetis negligētia. Neq; enim contemptus, in causa est, quod tacuimus. Nunc enim multo tempore venerabilem, & dilectum Ioannē presbyterū, Paulumq; diaconū in hoc tenuimus, ut scriberemus. Perpetuas enim vobis gratias agimus, quod paternam erga nos benevolētiā declarastis. Nam quantum in vestra pietate situm fuit, iam res omnes sedate & emendatae, & sublata omnia scandala fuissent, gauderentq; ecclesiæ trāquilla & syn cera pace, & essent plane secunda omnia. neq; contemptæ leges, neq; violatæ patrum constitutiones forent. At illi in suis impīs operibus pergunt, & quasi antea nihil attenterint, ita priora malefacta recentibus vincere certant. Nolo autem omnia quæ interim gesta sunt singillatim recensere, quandoquidē non solum epistolæ, sed & historiæ modūm trāscenderet narratio. Cæterum vestram oro vigilantiā / quod licet illi omnia tumultibus impleuerint, laborauerintq; morbis incurabilibus, & pœnitentiæ non capacibus, si tamen curarim oportuerint, ne affligantur, neq; e cœtu abijsiantur, consyderata tanti operis magnitudine. Certamen enim illud ferme totius orbis est. Ecclesiæ vsq; ad genua humiliatae sunt, populi dispersi, clerus diuexatus, episcopi exules, constitutiones patrum violatae. Et idcirco iterum atq; iterum & sepīus vestram oro diligentiam, vt quanto maior est tempestas, tanto maius adhibeatur studium. Expecto quidem futurum, vt aliquando amplius corrigantur. Quod si minus fiet, vos vestram coronam paratam apud misericordem deum habetis, & hi, qui iniuria afficiuntur / consolationem ex incremento charitatis vestræ non minorem accipient. Nam & nos tertium nunc annum in exilio versamur, expositi, pesti, fami, bello, continuis incursionibus, solitudini indicibili cotidianè morti, & Isauricis gladijs, & non mediocriter nos consolatur solida vestra fides & charitas, quæ se in me tam tenui & simplici oblectant. Hic noster murus, hæc securitas hic portus absq; fluctibus, hic multorum bonorū thesaurus, hæc lēticia mirificæq; voluptatis causa est. Et si in desolationem quam ille est locum, iterum abigemur, nō paruam hinc habentes nostrarum afflictionum consolationem, abimus.

Pytius B

Studiū thoma- ni pōti ficiis er gachry iolto- mum.

C

F

DIVIOANNIS CHRISOSTO.PSEGMA TVM EPISTOLA.

D

CYRIACO EPISCOPO EXVLI, IOANNES EXVL.



Gemœsticietueylcus denuo exhauriā, & cogitationes, quæ ibi hāc
tristiciet nubem inuehūt, denuo discutiam. Quid enim est quod mœ
res & luges. An quod periculosa tempestas, & luctuosum natifragiū
ecclesiam inuaserunt? Hoc & ego scio, nec est qui contradicat. Etsi
vis depingam formā rerum, quomodo se se habeāt. Mare ab infima
abyssō, amotis repagulis omnibus turbari cœpit, & naute relictis re
mis, & gubernaculis, manibus amplexati genua, & omni cōsilio propter temp̄ est,
tem delituti, neq; cœlū spectant, neq; pelagus, neq; aridam, sed in stratis iacēt, plo
rantes & flentes. Et talia quidē in mari cōtingunt. Verum in marinostro, grauiores
cieſie turbulā tempestates, grauioresq; fluctus sunt sed ora dominū nostrū CHRISTVM, qui
te et se nō arte tempestatē sedat, sed nutu solo maris sequitiam soluit. Ne sis autē pusillo ani
ditioſe mo, q̄ licet ſepe rogaueris, nō tamē ſis exauditus. Habet enim hanc cōſuetudinem
deus. An non potuit ipſe tres pueros liberare, vt nō eiſerētur in caminū ignis? sed
cum in ſeruitutē redacti cum in regionem barbarorū abducti, cum paterna hæreditate
priuati eſſent, cum ab oībus ignorarētur & nihil eis penitus relictum eſſet, tunc
deniq; CHRISTVS verax deus repente mirabili opere diſpersit ignē. Ignis enī

E non ferēs iuſtorū virtutē exiliſt foris, & Chaldeos, quos circa caminū inuenit, incē
dit, ſuitq; illis poſtea caminus pro ecclesia. Vnde & oēs creatureſ aduocabant, tam
vīſibiles quam inuīſibiles, angelosque ac vītutes, & omnia complexi dicebant. Be
nedicte omnia opera domini dominū. Vides quomodo patiētia sanctorū, ignē in
rorē cōmutauit, tyrānūq; ita placauit, vt in omnē orbē terrarū literas mitteret? Ma
gnus deus, inquit, Sidrack, MisaK. & Abdenago. Eteccē quanta ſeueritate præci
pit ſtatūs. q̄ ſi quis verbū aduersus illos dixerit, domus eius cōfiscetur facultatē q;
cōſlātia diripiātur. Ne igitur mœſto & pusillo animo ſies. Et enim ego cum a ciuitate fuga
Chryſo ſtomi. rer, nihil horū curabam, ſed dicebam intra memetipſum. Si quidē vult regina me
exulem, agat in exiliū. Domini est terra & plenitudo eius. Et ſi vult ſecare ſecet. Idē
passus eſt & Eſaias, ſubſcribar illi. Si vult in pelagus me mittere, Ione recordabor, ſi
vult in caminū iniſcere, idem paſſi ſunt tres illi pueri. Si me feris vult obiſcere, obiſ
ciat. Danielis in lacū projecti recordabor, ſi me lapidare vult, lapidet me. STEpha,
nū habeo prīmū martyre ſocium. Si & caput tollere vult, tollat, habeo ſocium Ioan
nem baptiſtam, ſi & ſubſtātiā auferre, auferat. Nudus exiui de vtero matris meæ,
nudus etiā abibo. Me admonet apostolus. Hominiſ personam ne accipias. Etsi
adhuſ hominib⁹ placere, ſe r uus CHRISTI vtiq; nō eſſem. Amat me & Dauid

Ad cō
munio dicens, Loquebar corā regibus & nō cōfundebar. Multa quidē aduersus me cōfin
nē nō ie xerūt, & dixerūt, q̄ ad cōunionē nō ieūnos receperim, et ſi quidē hoc feci, expū
iunoris gatur nomē meū ex albo episcoporū & nō ſcribatur i libro orthodoxeſidei, qm̄ ec
recepis ce ſitale quid admisi, abiſciat me etiā CHRISTus e regno ſuo, ſi autē p̄gunt hoc mihi
ſe. obiſcere & cōtēdere deponat & Paulū, qui poſtq; cœnauit, totā domū baptiſzauit.

Deponant & CHRISTVM iſum qui poſtquam cœnatum eſt, apostolis com
munionē dedit. Dicūt, quod cum muliere dormiuerim exuite me, & inuenietis mē
tia chy brorum meorum mortificationem. Sed hec omnia per inuidiam excogitarūt, iam
ſofomi multum contristarī ſfrater Syriace, q̄ illi nos in exilium abegerunt, iſi autē in tem
plo fidenter ambulant, & loquuntur, multitudineq; ſatellitum ſtipātūr. Verum hoc
loco mēteversa Lazarum & diuitem. Vter illorum hoc afflictus? vter fructū

accepit? Quid no cuī illi in opia? Nonne quasi athleta & vīctor in sinu Abraham ab ductus? Quid profuit huic opulentia, & quod in purpura & bysso vitam egit. Vbi nam qui fasces gestabāt? vbi satellites? vbi equi aureis frenis? vbi parasiti, & regia mēsa? Nonne ut latro, vincetus in infernum abductus est, nudā animā exportās, & clamās vana voce, Pater Abraham mitte Lazarum, ut riget, & refrigeret summitate digitū linguam meam, quia grauiter torqueor? Cur patrem vocas Abraham, cuius vitam nō es imitatus? ille omnē hominēm in domo sua hospitabatur, tu autē neq; in opis curam habebas. Non est plorandū & flendum, q̄ diues ille, aquæ gutta, dignus nō habetur. Micas cadentes de mensa, pauperi nō dedit, quid mirū, si nunc guttā aquæ non accipit? Hyeme nō seminavit misericordiā, venit estas, & nihil missuit. Est & hæc dispensatio domini, vt quando impios punit, & iustos remunerat, mutuū se videant & cognoscant. Et enim tunc martyres, suos quinq; tyrannos agnoscēt, & ty ranni suos quos afflixerūt martyres. Neq; meaverba sunt hæc, sed sapientis, qui dicit Tunc in magna fiducia stabit iustus aduersum eos, qui se affixerūt. Nam sicut si via tor, qui in æstu & calore ambulat, inuenitq; fontem limpidiū sti flagrans, & magna fame laborans, qui sedet ad mēsam omnigenis dapibus instructā, prohibeātur a potentiore aliquo, ne mēsam. vel fontē cōtingat, neve cibis & aqua fruātur, valde gra ui dolore afficiūt, ita & in die iudicij videbunt impij sanctos letari, & ipsi mēsa regia frui nō poterūt ita & deus Adamū punire volens, fecit eū e regione paradisi ter ram operari, vt locum illum desiderabilem cottidie videntes, maiorem in anima dolorem haberet. Cæterū nos, quamuis hic non cōuenimus mutuū, attamen alibi nullus est qui prohibeat, ne simul versemur. Videbimus sane eos, qui in exilium nos miserūt, sicut Lazarus diuitem, & martyres tyrannos. Ne igitur animo cōficiaris, sed esto memor prophetæ dicētis. Subsanationem hominū ne timueritis, & ab improbitate eorum ne vincamini. Nam sicut lana a tinea deuorabūt, & sicut vestes veteras. Cogita autem & dominum, quomodo statim a cunabulis persequitionem tulerit, & in terram barbarem fuerit missus. Qui terram continet, factus est nobis figura, ne deficeremus intentionibus. Recordare passionum saluatoris & iniuriarum quas tulit pro nobis. Alij eum Samaritanum vocabant, alij dæmoniacum, & voracem, & pseudo prophetam, dicebant enim. Ecce homo vorax & vini potor, & in principe dæmoniorum dæmonia ej̄ cit. Quid autem, quod duxerunt eum, ut preci pitarent? Quid, quod in faciem eius conspuerunt, & alapas ei dederūt? Quid, quod aceto & felle potarunt, & arundine caput eius percusserunt? Quid, quod eum circundederunt chlamyde, & spinis coronauerunt, & supplicando, omniq; alio irritandi genere deriserunt, circundederuntq; eum sanguinarij illi canes? Quid, quod ad passionem ductus, & nudatus, dereliqueruntq; eum omnes discipuli. Et vnius quidem negauit, alias etiam prodidit, alijs autem omnes fugam inierunt, & solus ipse stetit nudus in medio illarum turbarum, quas festus dies coegerat, & quod ut malefactorem in medio malefactorum eum crucifixerunt, & quod sepultura carente pendebat, neq; deponebant ipsum a cruce, donec precibus a quodam impenetratus qui eum sepeliret, & quod sepulturam non habuit, conuictiaq; mala aduersus eum pronunciabant, & inter cætera, quod discipuli ipsum furati essent, & quod nō resurrexisset. Cogita item apostolos, quod vbiq; persequitionem ferebant, & occultabantur inciuitatibus, non valentes in aperto ambulare, & quomodo Petrus apud Simeonem coriarium, & Paulus apud mulierem purpurariam latuerint neq; enī diuitibus fidere audebat, sed post hæc facta sunt omnia prospera, ita & nunc;

A
De laza
to et di
uite.

B
Adamic
regiōe
paradi
si quare

Christ
exēpī
patiētē

C

F ij

DIVI IOANNIS CHRISOSTO.PSEG MATVM EPISTOLA.

Dicitur ne sis tristi animo. Audiui enī & ego de deliro illo Nectario, quem regina in nectari^o throno collocauit, quod afflixerit fratres & virgines non volentes sibi communica episcopū sedē re & quod multi illorum propter me in carcere mortui sint. Nā lupus ille est in agni loannis no habitu, & personam gerit episcopi, cum sit adulter. Nam sicut adultera est mulier, quæ viuente viro alteri se coniunxerit, ita & ille non carnalis, sed spiritualis est adulter, qui me viuo sedē meæ ecclesiæ inuasit. Hæc tibi per epistolam significata sint a Cucusis Ciliciæ, quo loco regina me exulem manere iussit. Porro in itinere multa adulter spiritua aduersa mihi acciderunt, quæ non curauimus. Vbi autem in Cappadociæ prouin: lis. ciam Taurociliciam venimus, multi sanctorum patrum chorinobis occurrerunt. Occurri in primis examina monachorum & virginum, iuges lacrymarum fontes effunden: tur. **I**oā tium & flentium, eo quod in exilium nos proficiisci videbant dicebantq;. Tolerabi, m lius fuisse, si sol radios suos retraxisset obscuratus, quā quod os ioannis tacuerit. Tu exuli, bauerunt & afflixerunt hæc me non parum, eo quod omnes propter me flentes vi: debam, alia enim omnia nō admodum curabam. Episcopus autem huius ciuitatis me perquam humaniter exceptit, multamq; in nos declarauit charitatem, atq; adeo si licuisset se de sua nobis cessisset, nī nos a patribus prescriptam legem obseruasse? **E**Oro & supplico, genuaq; tua contingo frater, abi ce luctum moeroristui, & nostri apud deum memor esto, nobisq; rescribe precor.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, AD EPISCOPOS ET PRESBYTEROS: OB PIETATFM IN CARCE: RE INCLVSOS, EPISTOLA.

Beatios ob carcerem, ob catenas, ob iniecta vincula, beatū inquam, & ter beati, imo sepius. Totum orbem vobis conciliastis, etiam longe absentes amicos vobis fecistis. Vbiq; terrarum & marium canuntur vestra preclara facinora, fortitudo, constans sententia animusq; minime seruilis. Nihil quod alijs videtur graue, nos deterruit, non tribunal, non carnifex, non tormenta, non minæ, quæ inumeras mortes nunciabant, nō iudex qui ignē ab ore flabat, nō aduersarij, qui frendebant dentibus, & innumeris alijs insultādi modis gestiebant, nō tantæ calūniae, nō impudentissimæ accusationes, nō mors ante oculos cottidie proposita/ sed hæc omnia vobis vberem potius consolationis materiam prestitere. Et idcirco clari quidem vos, & celebrant, ac predicant vos omnes, non amici solum, sed & inimici ipsi, qui hæc effecerūt. Eorum si quis introspiciat conscientiā, licet non manifeste fateatur, inueniet etiā apud ipsos vestrum miraculū magnificari. Tanta res est virtus mirabilis, vt illā etiā impugnates admirētur. Tanta res est malicia, vt etiā iij qui eam operi inimicis rātetur cōdemnēt. Et ita ī hancīta res vestre se habēt. Quæ autē ī cœlis fiunt, quis ser:

Fimo digne explicabit, inscripta sunt nomina vestra in libro vite. Cū sanctis martyribus cōnuerati estis. Scio hæc ego certo, nō q; in cœlū trascéderim, sed ē diuinis ora culis didici. Nā si ioānes ille ifœcūdē fruct', & eremi ciuis, nuptiis ī quas peccabat, corripie patrocinat' est, & cū puaricationē corrigeret nō posset, arguit tamē, et pp̄terea ī cardi. cerē cōiect' & decollat' martyr & martyrū prim' est. Vos qui legib', & cōstitutiōnē b' patrū: quas trāsgrediūt aliqui, & sacerdotio, q; iuadūt & cōtamināt, patrocina mini et pp̄terveritatē hæc patimini ut cesset ipudētes calūnias cogitate qualē acceptu rī sitis mercedē, nō licet tibi habere vxorē Philippi fratris tui dixit fortis & sublimis ille satisq; ei fuit ad rectē arguēdi libertatē. Locutī estis & vos. Et exposita sunt etiā vestra corpora pœnis, supplicijs, tormentis. Non dū decapitati estis, sed lōge acerbiora tulistis. Nō enim idem est breui tēporis momēto caput amittere, & tāto tēm-

DE CONVERSIONE BEATI PAVLI. FO.XLIII.

pore cum talibus luctari doloribus, terroribus, minis, vinculis, abductionibus ad tri
bunal / carnificum manibus, sycophantarū linguis, operibus, dicacitatibus. Nam
& hoc maximum certaminis genus. Poniturq; a beato Paulo in magnorum certa-
minum ordine, cum sic ait. Recordamini dies pristinos, in quibus illuminati ingens
certamen afflictionum sustinuitis. Deinde certame narrans, ipsum ponit sic dicen-
do. Partim opprobiis & afflictionibus spectaculo estis, partim cōmunicantes his,
qui sic affliguntur. Si ergo qui cōmunicant / certant / multomagis qui sustinēt. Non
enī in vnam, aut duas, aut tres, sed longe plures sustinuitis mortes, & si non experien-
tia, certum tamen quod animo. Gaudete igitur et plaudite. Dominus cōelorum ius-
sit nō solum nō dolere, vel frangī animo, vel decidere, sed gaudere et exultare, quan-
do nomē vestrum tanquam malum eiſcient. Quod si in sycophantijs gaudendum,
quando his accedūt calūniae, verbera, tormenta, gladij acuti, vincula, catenae, abdu-
ctiones, traductiones inimicorum atroces cateruae, cogitate qualis merces, quam
coaceruatæ erunt retributiones. Gaudete igitur, exultate, viriles estote / corrobora-
mini / cogitate / quot vestro exemplo ad certamina armatis, quantos fluctuabun-
dos confirmatis, quantos sp̄iritus resuscitatis. Nam afflictionibus vestris multum
profuturi estis, non solum pr̄äsentibus, sed & absentibus, nec his solum qui vident,
sed & his qui audiunt. Continuo versetur in ore vestro, illud apostolicum dictum.
Non sunt equales afflictiones, quæ nunc tolerantur, ad futuram gloriam in nobis
reuelandam. Expectate, Breui tentationum finis erit, liberatio que perfecta. Orate
etiam iugiter pro nobis. Nam & sivi arum prolixitate longe diuersis locis habita-
mus, multoq; tempore a vobis segregati sumus. Attamen vos vt pr̄äsentes & con-
tinuantes nobis deamamus, vestrum amicum caput ex osculatum, coronatos vos ex-
pansis manibus excipimus. Expectate etiam vos ex mutua erga nos charitate lu-
crum vestrum maximum, Nam si magnam mercedem expectare licet his, qui vos
amant, cogitate quales vos, qui tantis claretis virtutibus, manent retributiones!

A

Cōdole
reaffili
ctis iter
certam
na,

B

Taxata
gemina
Chrysostomi.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIA DE FE- RENDIS REPREHENSIONIBVS, ET CONVER- SIONE PAVLI, IO. OECOLAMPADIO INTERP.

REprehenderunt nos amicorum quidā, quod productiona sermonū
initia faciamus. Iḡtū siue iniuste illi taxent, siue iuste sententiam fe-
rant, vtpote de his, quę a nobis audierūt, hic quasi in foro in quo om-
nibus iudicare concessum est, nos hoc primum pr̄efatione demon-
strabimus, quod illis ob hanc reprehensionē, gratiam habemus. Re-
prehensiones enim non ex malicia, sed cura proximi profiscuntur
Alleuerauerim, amare me amicum non solum quando laudat, sed & quando repre-
hendit & corrigit. Nam omnia laudare tam quæ bene se habent, quam quæ male,
Non fuerit amici, sed irrisoris, & nō diligentis, sed decipiētis. Laudare, si quid fiat,
vt debet, reprehendere autem, si peccatum fuerit, amici est, & curam agentis. Et vt
discatis, quod sine delectu omnialaudare, & in omnibus beatum dicere, non sit ami-
ci, sed imposteris, dicit scripture. Popule meus, qui te beatum dicunt ipsi te decipiūt
& semitam pedum tuorum exturbant. Sane inimicum ne laudantem quidem pro-
bo, Amicum vero & reprehendentem amplexit. Ille & si me osculetur, insuavis
est, hic & si vulneret, amabilis. Illius osculum suspicione plenum est, huius vulnus
medicamentivm habet. Propter hoc dicit quidam. Fideliora sunt vulnera amici
quam blanda oscula inimici. Quid dicas? Vulnera amicorum meliora dicit:
Non enim ad naturam eorum quæ fiunt, Sed potius ad affectionē eorū qui faciunt

C

Amico
rū estre
prehen
dere.

F ij

DIVI IOANNIS CHRISOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

Dattendit. Vis discere, quomodo fideliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici? Osculatus est dominum Iudas, sed osculo p dedit, venenam habebat os eius, maliciaq; impleta erat lingua eius. Paulus vulnerauit eum, qui apud Corinthios scoratus fuit, sed saluauit. Et quomodo vulnerauit? Dicit quod dederit eum satanæ, inquit enim, Tradatur Satanæ ad iteritum, quo spiritus saluus sit in die domini IESV. Vidisti vulnera salutem afferentia, vidisti osculum proditione plenum? Sic fideliora sunt vulnera amici, q; blanda oscula inimici. Verum inquiramus quomodo hoc dicunt, non solum in hominibus, sed & in deo & diabolo habeat locum. Ille enim amicus, hic inimicus, ille salvator, & curam nostri gerens, hic inimicus, & deceptor. Et oscula hinc quidem aliquando dedit osculum, ille vero vulnus infligit. Et quomodo hic osculus est, & ille vulnerauit? Hic quidam dixit. Eritis sicut dij. Ille autem, Terra es, & in terrâ abibis. Vter igitur magis profuit hic ne qui dixit. Eritis sicut dij, an ille qui dixit. Terra es, & in terram abibis? Ille mortem interminatus est, hinc immortalitatē promisit. Atqui hic, qui immortalitatem pollicitus est e paradiſo eiecit, ille vero qui mortem cōminatus est, in cœlum inuexit. Vides, quomodo fideliora vulnera amici, q; blanda oscula inimici? Proinde hoc primū declarare volui, quod gratiā habeam his, qui me arguunt. Amici enim siue iuste siue iniuste arguunt, non opprobrire vobis, qui me iter lunt, sed hoc faciunt vt emendent. Inimici autem & si iuste reprehendunt hoc tamē agunt, non vt corrigant, sed vt exibilent, sicut & illi dum laudant hoc vñspectat etiā amici, ut melorem reddant & hi dum laudant student quomodo supplātare possint. Verum tamē quomodo cunq; reprehensio contingat vtile fuerit bonumq; magnum, si ferantur reprehensiones & accusations & non detur locus iræ & exasperationi. reprobē Qui enim odit redargui, ait, insipiens est. Non dixit sic vel sic redargui sed tantum per amici semperā redargui. Nam si quidem iuste arguit amic⁹, agit vt peccatum corrigit, sin absq; ratione & immerito, iam laudanda est voluntas eius & probanda bona mentis intentione, agnoscendumq; & testandum amicitiae beneficium, non enim reprehenderet, nisi multum diligeret. Proinde ne stomachemur, ne succenseamus cum arguimus stulti reprobē Quod si omnes ita affecti essemus vt & argueremus peccantes & lapsi libenter feremus reprehensiones mirum quāta hinc vītæ nostræ accederet commoda. In pecatibus enim hoc operantur reprehensiones quod invulneribus remedia. Idcirco sicut insipiens est qui pharmaca reijs cit ita & stultus qui non suscipit grato animo reprehensiones. Atqui non raro multi exasperantur & intra se metipos cogitant & dicūt Sapiens ego & tanta prædictus intelligentia hunc ferrem! Ignorant autem quod hoc extremæ dementiæ sit iudicium. Videbam enim, inquit, hominem quis ibi videbatur sapiens, & maiorem illo spem habet insipiens. Eapropter & Paulus dicit. Ne sis tis prudentes apud vosmetipos. Nam licet mirum immodum sapiens sis & perspicias ea que oportet, attamen homo es et consiliario tibi opus est. Solius enim deus est nō indi nullius indigere, & nullo opus habere consiliario. Et propterea de eo solo dicitur. get. cōsiliario. Quis cognovit sensum domini, vel quis eius cōsiliarius fuit? Ceterū homines nos, etiam si plurimum sapientes simus, in multis tamen reprehendi meremur, atq; hinc naturæ nostræ appareat infirmitas. Non enim omnia esse possunt in hominibus. Et quares. Ecce filius hominis non est immortalis. Quid lucidius sole attamen & lux eius deficit? Et profecto sicut fulgidam illam lucem, & fulgurosum iubar se penumero superuenientes tenebræ obtegunt, ita & intellectum nostrum, quasi in meridiē fulgentem, & perspicuum, in considerantia obrepens tenebrosum reddit. Et non nunquam euénit, vt sapiens nō videat quod oportet, & minor & hebetior clare & acute illud p̄spiciat. Hinc est, quare neq; sapiens extollit, neq; abiectior miserū se dicere de.

Fidelites prudentes apud vosmetipos. Nam licet mirum immodum sapiens sis & perspicias ea que oportet, attamen homo es et consiliario tibi opus est. Solius enim deus est nō indi nullius indigere, & nullo opus habere consiliario. Et propterea de eo solo dicitur. get. cōsiliario. Quis cognovit sensum domini, vel quis eius cōsiliarius fuit? Ceterū homines nos, etiam si plurimum sapientes simus, in multis tamen reprehendi meremur, atq; hinc naturæ nostræ appareat infirmitas. Non enim omnia esse possunt in hominibus. Et quares. Ecce filius hominis non est immortalis. Quid lucidius sole attamen & lux eius deficit? Et profecto sicut fulgidam illam lucem, & fulgurosum iubar se penumero superuenientes tenebræ obtegunt, ita & intellectum nostrum, quasi in meridiē fulgentem, & perspicuum, in considerantia obrepens tenebrosum reddit. Et non nunquam euénit, vt sapiens nō videat quod oportet, & minor & hebetior clare & acute illud p̄spiciat. Hinc est, quare neq; sapiens extollit, neq; abiectior miserū se dicere de.

DE CONVERSIONE BE.PAVLI.

FO.XLIII.

beat. Itaq; magnum bonum est ferre reprehēsiones, magnum etiam bonum est posse reprehendere, nam hoc fides & cura, quam proximo debemus exīgunt. Iam nos si quem videmus veste breuiori, & lateribus aperta, vel alioqui indecenti vestitū, admonemus & emēdamus, verū videntes vitam eius dissolutā, ne verbum quidē proferimus, vidētes mores eius nefarios, preterimus tametsi rīdīcula sint ea quæ ad vestes pertinent, periculosa autem & dānōsa, quæ ad animā. Dic obsecro, Nonne, cū vides fratrem per preceps ferri, vel alio qui per incuriam alio quam oportet spectare manū ei porrigit? Nonne a lapsu erigis? nōne reprehēdis & arguis? Et in his, maios habēda ris facis non offendere, & non haberi pro inimico, quam salutis eius curam habere? cura p̄ximorū Et quā habiturus es apud deum veniam? vel quam defensionem? Non audisti, quid deus Iudeis p̄ceptit? nempe ne errantia inimicorū iumenta despiciant, & lapsa ne p̄ttereant. Quod cum Iudeis p̄ceptum, ne inimicorum bruta contemnant, nos ne fratrum animos, qui cottidie supplantantur despiciemus? Et quomodo non est summa inhumanitas, & ferina crudelitas, nos non tantum curæ hominibus impendere, quantum alijs iumentis? Hoc est quod omnem vitam nostram confundit, hoc est, quod omnem ordinem subvertit, quia neq; boni cōfūlimus, cum reprehēdimur neq; alios reprehēdere volumus. Ideo enim molesti sumus, cum arguimus, quia & exasperamur, cū arguimur. Enim uero si sciret frater, quod a te laudaretur te arguēs, ipse etiam vicariam eandem operam tibi impenderet. Cæterum si discere vis, quod etiam si ingenij acrimonía antecellas' alios, si que valde perfectus, puerisq; ad sumum ipsum virtutis fastigium, opus tibi sit consiliario, & aliquo qui te corrigat & arguat. audi historiam veterem. Neq; enim Moysi facile parfueris, quī ut scriptura inquit, omnium hominum erat mitissimus, amicusq; deo, & in externa philosophia bene institutus, et non minus spiritualium intelligentia in signis. Vides omnigenam eius eruditōnem? Erat autē potes in verbo & opere, aliisq; virtutib⁹. Cuius & aliud habe testimonium. Multis prophetis, inquit, familiaris fuit deus sed nulli sicut Moy si. Nam aliis quidem per ænigmata & somnia, Moysi vero facie ad faciem. Queris ne aliud maius virtutis illius argumentum, quam quod omnium dominus seruo, ut amico loquitur? Erat itaq; sapiens tam domestica, quam peregrina eruditōne, erat potens verbo & opere, Imperabat creaturæ, quia amicus erat domini creature. Eduxit tantum populum ex Aegypto, mare diuisit, & iterum coniunxit, miraculum sane admirabile. Tunc enim primum sol vidit mare, nō naualī, sed pedestri itinere trāsiri, pelagusq; non remis & nauibus, sed equorum pedibus transmitti, Nihil omninus sapiens ille, qui tam potens in verbo & opere, qui amicus dei, qui creaturæ impetravit, qui tanta miracula operatus est, non animaduertit rem, quam mortalium pleriq; facile consyderant. Socer autem eius homo barbarus, & obscurus, statim animaduertit, & in medium attulit, quam ille non temere cogitauit. Quæ igitur hæc causa? Audite, vt & vobis prosit. Consiliariis enim omnes opus habent, etiā si Moy si conferri possint. Multa enim sunt, quæ magni & admirabiles viri ignorant, quæ tam parui, ab iectiq; scire solent. Nam postquam Moyses ex Aegypto exiit, & in solitudinem venit, prefuit sexcentorum milium populo, & solus omnium contendētiū lites diiudicauit. Quod vidit socer eius. Erat autem lethro homo alioquin barbarus, & insipiens, quiq; in solitudine vitam egerat, neq; ulli communicarat, qui populos legibus rexerat, & ad hæc impius erat, quo non est certius insipientiæ argumentum. Nihil enim Gentilibus est insipientius. Verum tamē ille barbarus, ille impius, ille insipiens, ubi vidit Moysen quædam p̄tē dignitatē facere, eum correxit nō curās, q̄ sapiēs esset, & intelligēs, & dei amicus. Et cū dixisset ei, quare illi stāt co

A

B

C

Iethro
Moyse
reprehē
dit.

F iiiij

DIVI IOANNIS CHRISOSTO. PSEGMA TVM HOMI.

ram te didicissetq; causam, inquit. Non recte hoc fecisti, iunxitq; consilio increpa-

Ditionem, & neq; sic exasperatus est ille sapiēs, ille intelligens, ille tot myriadum dux.

Moyses Neq; enim hoc paruum & cōtemnendū, quod ab homine barbaro et priuato doce-

exēplū tur. At nō inflabatur vel principatus magnitudine, vel mira culis quæ operatus est,

pietato rum neq; rubore suffundebatur, quod tot presentibus, ijsq; subditis corrigeretur sed con-

erubet syderabat, quod licet magna ab eo signa fierent, humanæ tamen particeps esset na-

cantre turæ, quam non raro multa latent, atq; ideo cum mansuetudine cōsiliū suscepit. Est

prehēdi nunc videre aliquos, quin e putentur alieno indigere consilio, malunt potius utilita-

te consiliij carere, quam suscepta admonitione peccatum emēdare, imo eligūt igno-

rare quā discere, quamvis sciant, non esse crimen non ignorare, sed nolle discere nō

indoctum esse, sed doctrinam respuere, non reprehendi, sed inemēdabiliter pecca-

re. Et s̄epe abiectus quispiam, & vilis inuenit, quod magnus & sapiens vir prēterit.

Quod Moyses quoq; consyderās omni cum mansuetudine audiuit illum consulen-

tem ac dicentem sibi. Fac tibi tribunos, centenarios, quinquagenarios, decanos, &

sires aliqua grauior fuerit, referāt ad te, sin leuior, dijudicēt ipsi. Hæc vt audiuit, nō

Eerubuit, non est confusus, non est reueritus subditos, nō dixit intra semet ipsum. Cō-

temnent me subditi, si ab alijs quid faciendum sit didicero. Sed obtemperauit, & fe-

Moyses cit iuxta consilium illius. Quid quod non solum propter eos, qui ea tempestate erāt

litteris non erubuit, sed neq; propter nos posthac futuros, imo tanquam honestatus hac so-

ceti a cōmonitione, non illos solum qui tūc erant homines, sed etiam eos, qui vsq; ad

comēdat se re nostram ætatem sequuti sunt, & vsq; ad CHRISTI aduentū erunt, per totum or-

bum, factum hoc literis docuit, & quod nō potuerit animaduertere quid opus factō

& quod correctionem & consilium a socero acceperit. Nos autem si coram vno ho-

mīne arguimur, & corripimur, conturbamur totis visceribus, obstupecimur, & de-

vitæ huius summa periclitari nos putamus. At Moyses non sic agit, sed videns tot

milia hominum præsentia: imo tot myriades, quæ interim fuerunt & sunt hodie, fu-

turas, non erubescit, sed predicit cottidie omnibus, idq; literis. quod socer suus ani-

maduerterit ea, quæ ipse consyderare non potuerit. Et quare hoc fecit: quare factū

memoriæ commendauit: non aliam ob causam, quam vt nos doceret, ne vñquā de

nobis ipsis sublimē sentiamus, etiam si omnibus sapientiores simus, neq; patrum cō-

silīa contemnamus, etiam si omnibus viliores habeantur. Et si quid vtile vel commo-

dūm consulat aliquis, esto minister sit, tu tamen admonitionem suscipias, sin perni-

ciale quiddam, esto in summa dignitate sit, eius sententiam reiicias. Non enim qua-

litas personarum consulentium, sed natura cōsiliij, in omnibus obseruāda est. Hoc

igitur est: quod Moyses nos docuit, vt non erubescam⁹ si arguam⁹ / etiam si tota no-

stra plebs assit. Reprehensionem enim bene ferre non vulgaris / sed summe philoso-

Natura phia præconium & laus est. Non adeo laudamus & admiram⁹ hodie Iethro, qui

cōsilio⁹ Moysēm correxit / sicut sanctum illum / qui non erubuit tot præsentibus corrigi / &

attēn denda factum hoc memoriæ commēdare. Declarans in omnibus sapiētiā suā, quod

gloriam in tanta eminentia, quæ sibi a pluribus impensa fuisset / contempſit / & con-

culcauit. At nos de prolixitate prœcōmīorum rationem reddituri / iterum maius fe-

cimus prœcōmīum / sed non temere / neq; sine causa / differim⁹ enim interim de sum-

mis multumq; nobis necessarijs / vt libenter feramus cum arguim⁹ / & alacriter ar-

guamus & castigem⁹ eos / qui peccant. Verum opera & precium est / vt tandem &

nos satis faciam⁹ illis / rationemq; dicamus / propter quam tam longis prœcōmījs

vtam⁹. Et cuius nam gratia tantam verborum farraginem offundim⁹ viris, qui mu-

lieres habēt, domībus presunt e cottidiā opificio, & secularib⁹ negotiis victū quæ-

DE CONVERSIONE BEATI PAVLI.

FO.XLV.

runt, neq; hoc solum molestum, quod continuo sunt occupati, sed quod semel dū-
taxat in hebdomada huc confluunt. Seruiū nobis in hoc p̄cēmīa. vt auditores de-
dicendis instruantur, & manifestior tradatur doctrīna. Fateor enim non opus p̄cē-
mīis, neq; instructionibus, his qui semper scripturis vacant, neq; aliis occupationi-
bus distrahabuntur, statim enim auditō lectore, dīctorum mentem accipiunt. Qui au-
tem bonam temporis partem seculatibus negotiis īpendunt, & rarius hic compa-
rent, nīs p̄cēmīa audiant, & instructi intelligant, quā sermonē illum præcedant,
absq; lucro hinc abeunt. Non est autē hāc sola nobis p̄cēmīorū causa, sed & alia
non minor quam ista. In tanta multitudine sunt alii qui adueniunt, alii qui non ad-
ueniunt, & necesse vt laudentur p̄sentes, arguantur absentes, vt illi qui dem laudi-
bus studiosiores euadant, hi autem repræhensi, ignauiam abiiciant. Est & aliis v̄sus
p̄cēmīorum. Incidimus enim s̄pē ī longiora argumenta, quā vno dīe ad finē
perduci nequeunt, & interdum duobus vel tribus diebus, vt recte explicentur, opus
habent. Vnde tunc opus est dīe secundo, finem doctrinæ prioris repetere, vt dum
principio finis cōgruit, sermo cohæreat, auditoribusq; minus sit obscurus. Et vt dī
scas, sermonem absq; p̄cēmīis valde obscurari, ecce exempli gratia, afferā aliqua
Vt autē vīdit eū I E S V S. Tu es Sīmon, inquit, filius Iona, tu vocaberis Cephas
quod interpretatum est Petrus. Videte num intelligatis dīctum? nū intelligatis cō-
sequentiam, & quare dicta sint? quandoquidē absq; p̄cēmīis introducta sunt, Cō
paratur igitur qui hoc facit ei, qui hominem omni ex parte obiectum ī spectaculū
adducit. Age igitur dimissō p̄cēmīo, redeamus ad sermonē de Paulo, qui nuper
ortus cum denominib⁹ differeremus & quereremus. Quare qui aliquādo dīctus
est Saulus, postea vocatus sit Paulus. Hīc digressi sum⁹ ad veteres historias, & de
omnib⁹ qui gemina nomina sortiti sunt, inquisiuimus. Fuimusq; & tunc Simonis
memores, & vocis C H R I S T I ad eum dicentis. Tu es Sīmon filius Iona, Tu
vocaberis Cephas, quod interpretatū est Petrus. Vides quomodo quod paulo an-
tea obscuritate plenum videbatur, nūc fit aliquanto notius! Proinde sicut corpus
capite, arbor radice, & flumē fonte indiget, ita & sermo p̄cēmīis. Itaq; & cū nos
viā initium & progressum monstrauerimus, tangamus deinceps historiam p̄cē-
mīi. Saulus autem adhuc spirans, mīnas & cædem ī discípulos domini. Atqui ī
epistolis Paulus vocatur, quare ergo hīc nomen eius mutauit sp̄iritus sanctus? Quē
admodum dominus, qui seruum mercatus est, ostendere volens se dominū serui,
nomen illius immutat, ita & sp̄iritus sanctus fecit, vbi Paulū captiūm accepit, vo-
bulum eius mutauit, vt etiam īde disceret Paulus se habere dominū. Nominū enī
impositio dominii signum est, & p̄cipuum. Etynde hoc declarabimus. Facile ex
his, quā dominus cū Adam egit, perspicuum erit. Volens enim docere Adamum
quod eum principem & dominum omniū fecisset, adduxit ad eum omnia animalia
vt videret quid vocare te. Quo monstrat, quod nominū impositio dominiū teste-
tur. Quod, si & ab hominib⁹ ita factum videre vultis, & discere, olim talem fuisse
morem, quod seruorū ī captiuitatem abductorum noīa mutata sint, audite quid
fecerit Babyloniorum rex. Nam vt captiuos abduxit. Annaniā, Azariam, & Mis-
saēl, non reliquit eorum nomina prima, sed vocauit eos SedraK, MesaK, & Ab
denago. Verū quam ob causam sp̄iritus sanctus non statim mutauit nomen Pauli,
sed expectauit ad tantum tempus! Si statim conuerso Paulo, mutatum fuisset & no-
men eius, tunc minus manifesta fuisset eius conuersio, & ad fidem translatio. Nam
sicut ī famulis v̄sueuenire solet: quod obscuri sīant, si quamprimum fugam īnserūt tim mu-
sua nomina mutarint, ita & in Paulo contigisset, si mox vt relictis Iudæis ad nos ve-
tatum,

Rōnes
plixio
rū p̄cē-
mīorū.A
At.
Vt do-
ctrina
manife-
stior fi-
at.Vt cōsu-
lat om-
nibus.Vt ser-
mo co-
hereat.

B

Necessi-
tas p̄cē-
mīorū.C
Noīs ī
positio
dīctum
testaſ,Sauli
nomen
non sta-
tum,

DIVIO. CHRYSOSTO. PSEGMA TVM HOMILIA.

Dicit, aliud nōmē sortitus fuisset, nōmō enim sciuisset, quod persequitor illi esset euā gelista. Accidit autē hoc, vt palam fieret ex persequitore factum apostolum, quando quidē hoc Iudæos male habebat, quod doctor suus, qui pro eis olim stabat, nūc se eis opponeret. Quapropter vt ne subita nominis mutatio, voluntatis mutationē occultaret, relictum est ei multo tempore nomen prīmū. Hinc enim omnes discebant, quod ille ipse esset, qui prius fuerat ecclesiam persequutus. Postquam autē omnibus hoc factum est notum, tunc transmutatū est & nomen. Et quod hæc sit vera causa, audiū ipsum dicentē. Veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autē ibi ignotus a facie ecclesiis Iudææ. Iudæam vocat eam, quæ est in Palæstina. Siigitur in Palæstina erat ignotus, quanto ignotior fuisset i ecclesiis, que in aliis locis sitę. Erā ignotus ait facie, non nomine. Quare ignotus erat a facie. Nullus enim fidelū ipsum videre audebat, cum nos impugnaret. Tanta cæde, tantoq; furore plenus erat. Proinde ab eo resiliebant omnes, fugiebant omnes, & si alicubi præsentem eum cōspicarētur, ne a spicere quidem audebat, tam effratus erat & infestus fidelibus. Tantum autem audierant, qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam impugnabat. Quoniam ergo a facie eum ignorabant, tantūq; audierant, qui persequebatur nos aliquādo, nunc euangelizat fidem, quam impugnabat, si nomen statim mutatū fuisset, neutiquā qui audierant, hæc cognouissent q; ille qui persequebatur eos aliquando, euāgelizaret. Nam quoniā primum nomen eius, & q; Saulus vocaretur sciebant, si cōmutatō illo vocatus fuisset Paulus, fuissetq; eis a quopiam nūciatum Paulum euangelizare, qui persequebat ecclesiam, nesciuissent q; hic ille esset Saulus, eo quod non Saulus, sed Paulus vocaretur. Atq; hac de causa relictū est nomen eius primum aliquādiu, donec omnibus fidelibus fieret notius, atq; etiā his qui longe aberant, & non viderant eum. Satis itaq; demonstratū, quare non statim mutatum est nomen eius. Reliquum operepreciū, vt ad initium sermonis redeamus Saulus autē adhuc spirans, minas & cedem in discipulos domini. Quid est quod dicit. Adhuc. Quid enim antea fecit. q; dicas, Adhuc! Sane dicere Adhuc, de homine dicitur, qui antea mala multa operatus est. Quid ergo fecit? Quin tu mihi dicas, q; malum nō fecit? Sanguine Hierosolymas impleuit, fideles interfecit, ecclesiam impugnauit, apostolos persequutus est. Stephanum occidit, neq; viris neq; mulieribus pepercit. De hoc audi & discipulū ipsum dicentem. Saulus autem deuastabat ecclesiam, domusq; ipsas ingrediens, vi mulieres & viros rapiebat. Non enim sufficiebat ei forum, insiliebat & in domus. Dicit enim, domos ingrediens. Et non dicit dicens, neq; trahēs mulieres & viros, sed vi rapiens mulieres & viros, sicut defera dicere solemus. Rapiens viros & mulieres, non viros tantū sed & mulieres. Neq; rapiēs viros et mulieres, naturam reuerebatur, neq; sexus miserebatur, neq; infirmitatē respiciebat. Zelo tamen, non furore hæc faciebat. Et ob hoc venia dignus fuit, cum Iudei qui eadē faciebant, accusatione erant digni. Nam Iudei quid respexerint, ipsi manifestabant, nempe quod omnia honoris & gloriæ gratia fecerint. Erant enim apud multos in magna existimatione. At Paulus non sic, sed zelo dei, tametsi non secundum scientiam. Ethinc est, quare Iudei mulieres quidem dimiserunt, viris autem infesti fuerunt, quoniam in illos transisse gloriam suam videbant, hic autē ob zelum erga omnes, tales se gerebat. Hæc igitur omnia animo perpendens Lucas, & eidens ipsum nondum satiatum, dicebat, Saulus autem adhuc spirans, minas & cedem in discipulos domini. Non satiarat eum cædes Stephani, non explerat cōcupiscentiā eius ecclesiæ persequutio, sed ulterius procedebat, & furoris eius nullus erat finis, a cæde Stephani digressus persequutus est apostolos, & idem faciebat quod sauiens lupus

Adhuc.

Lucas.

Paulus
rapiēs
viros et
mulieres

DE CONVERSIONE BEATI PAVLI. FO.XLVI.

qui insiliens in caulam ouium, agnum inde rapit, quem ubi deuorauit, audacior fit. Ita enim & paulus in chorū apostolorū insilijs, & inde rapuit agnum Christi, Stephanum quem dilaniaret, & cæde audacior effectus est. Et propterea dicit Adhuc. Quāuis si quē nō impleret cædes illa, que non placaret māsuetudo eius qui occides batur, & cum lapidaretur, orabat & dicebat, Domine ne statuas eis peccatum hoc. ppterā persequitor euangelista factus est, mox enim post homicidiū conuersus est. Quippe deus audiuit vocem illam. Dignus enim erat Stephanus qui exaudiretur, tū propter futurā Pauli virtutem, tum propter suam confessionē, Domine ne statuas eis peccatum hoc. Audiant quicunq; inimicos habent, quicunq; inuadūtur, quicū q; ab auarīs premūtur. Nam licet plurimas feras molestias, nondū tamen lapidatus es, sicut Stephan⁹. Et vide quid sit factum, Obturatus est fons vnum stephani, & ap̄tus est alius, plurimos emittens fluuios. Nam postq; siluit os Stephanī, mox sonuit tuba Pauli. Sic nunquā derelinquit deus in finem ad se currentes, sed dona dat maio ra, quā ab inimicis auferuntur. Non enim talem illi eiecerunt militem ab exercitu, qualem in locū eius submisit CHRISTVS, Saulus autē adhuc. Et aliud quiddā manifestat illud, Adhuc. Quid illud? Quia adhuc ferocientem, adhuc insaniētem, adhuc in vigore furoris existētem, adhuc cæde feruentē attraxit CHRISTVS. Non enim expectauit vt expleret furorem, vt ostenderet morbum, vt extingueret flamas affectionū, & fatigatus debacchando māsuelceret, & tunc tandem traheſret, Sed dum vigeret furor, ipsum cœpit, vt ostenderet potentiam suam, vincens & superans prosequitorē in media insanīa. Enīm uero medicum tunc maxime admirāmur, quando febrē cum infestior, & flammā morbi cum vehementior est extingueſre, & penitus abolere potest. id quod & in Paulo contigit. Vox enim domini quasi ros quidam desuper descēdens, a morbo in ipso feroce flāme liberauit. Saulus autē adhuc spirans, mīnas & cædem in discipulos dominī, reliquit multitudinem, & nunc in prīncipes ipsos insilit. Etenim sicut qui excindere vult arborem, ramis relīcis, radicem infra execat. Ita sanę & hic adortus est discipulos, radicē prædicatiois volens eximere. Verum discipuli non erant radix prædicationis, sed discipulorū dominus. Qui & dicebat, Ego sum vītis, vos autem palmitēs. Eapropter inuicta illa radix, quantoplures excindebātur palmitēs, tanto plures & maiores iterum pullulabat. Electus est Stephanus, & pullulauit Paulum, & eos qui per Paulum crediderunt. Factum est autem, dicit, cum appropiare ille Damasco, repente cīrco fulgurauit eum lux de cœlo, & vt procidit ad terram, audiuit vocem dicētem sibi, Saule, Saule quid me persequeris? Quare non allata est prius vox, sed lux prius eum cīrco fulgurauit, vt cum silentio vocem audiret. Nam qui in opere aliquo intentus & furore plenus est, etiam si plurimi vocēt, prorsus nō animaduertit quid ante se agatur. Ne ergo hoc & Paulo eveniret, & factorum insanīa ebrius vocem cōtemneret, vel principium non audiret, mente tota in tonitruo occupata, prius per lamen excæcatis oculis, & compresso furore, extincta quæ omniā animæ turbulentia, & ingenti in anima serenitate reddita, vocem emisit, vt depresso fastu, his quæ dicebātur, mente sobria & modesta intenderet. Saule saule quid me persequeris? Verba hæc nō tam arguentis q̄ defendētis sunt. Quid me persequeris? In quo paruo, vel in quo magno accusare me potes, quo tibi per me sit iniuria facta, An quod mortuos vestros suscītauī, vel q̄ leprosos purgauī, vel q̄ demones fugauī? Sed propter hæc magis adorare q̄ persequi me oportebat. Potro ut clare cognoscas q̄ hæc sint verba defendētis, audi quomodo ijsdē pene verbis vtitur contra iudeos. Nam sicut hic dicit, Saule, Saule, quid me persequeris sic illi iudeis. Popule meus quid feci, vel in quo con-

A

B

Paulus
in ipso
furore
cōuer-
sus,

Pro Ste-
phanio
Paulū
accep-
imus.

C

Quare
lux vo-
ce pie
cessit.

Saule
qd me
persequ-
ris.

DIVII. CHRYSOSTO. PSEGMA TVM HOMILIA.

Dristauit te! Saule Saule, quid me persequeris? Ecce iaces supin², ecce ligatus es absq; cathena. Et sicut dominus famulū, qui plurima & grauia cōmisit, manu comprehendē sum & vincitum alloquitur. Quid tibi vis faciam nunc? Ecce venisti sub manus me as, Ita & dominus vidēs Paulum corruptum, & prostratū supinumq; ac tremulum præ timore, & nihil facere valentē, dicit. Saule Saule, quid me p̄sequeris? Quo nūc peruenit ferox ille tuus furor: vbi insania: vbi zelus int̄pestiuus: vbi vincula, & circūcursiones: vbi atrocitas illa immobilis quidē eris nūc, & neq; videre persequē tempoteris? En qui festinabat, qui vbiq; circūcursabat, opus nūc habet aliquibus qui manuducant. Eapropter & nūc dicit ei, Quid me persequeris? vt discat q̄ quæ prius facta, spōte sua permiserit? & q̄ non fuerint ifirmitatis illa, quæ olim neq; crudelitatis, quæ tunc agebātur, sed vtraq; benevolentia & curæ. Quid ergo Paulus? Quis es domine inquit. Agnoscit dominū, virtutem didicit ab indulgentia, in cæcitate cōfitetur potestatem. Quis es domine? Vidi sti animā gratam & benevolam, vidi sti mentem libertate plenam, vidi sti conscientiam synceram & incorruptam. Non obliuetatur, non contendit, sed statim cognoscit dominū. Non sicut Iudei, qui videntes mortuos suscitari, cæcos cernere, leprosos purificari, non solum nō accurrebant ad talia facientem, sed eum & planum ac impostorē vocabant, & omnibus modis insidias mouebant. Paulus autem non ita agebat, sed statim cōuertebatur. Quid ergo CHRISTVS? Ego sum IESVS, quem tu persequeris. Et quare non dixit, Ego sum IESVS qui resurrexit. Ego sum IESVS qui sedet a dextris dei, sed ego sum IESVS, quem tu persequeris. Ut perstringeret eius mentem, vt compungeret eius animam. Audi ergo Paulum post multa tempora, plurimaq; bona opera hoc lamentantē, Ego enim sum aīt, minimus apostolorū, qui non sum dignus vt vocer apostolus, eo quod p̄sequutus sum ecclesiā dei. Igitur qui post multa bona opera & tāta tēpora hoc lugebat, quid verisimile est ipsum per id temporis passum, quo nullum bonum opus habebat, & cōscius p̄sequotionis, vocem illā audiēbat? Cæterum aggrediūtur nos hic quidam dicētes, Vos autem ne p̄igeat etiā si vespera deprehēdat. Pro Paulo omnis noster sermo est, pro Paulo inq, qui per triēnum die ac nocte discipulos docuit. Aggrediūtur itaq; hic nos quidam dicentes. Et quid mirū q̄ Paulus ad fidem peruenit, cum deus vocē illam: quasi funem ceruici eius iniecerit, viq; ipsum ad se duxerit. Attendite diligēter. Etenim sermo ille cōmunis est Gentilibus, Iudæis, & nostris, qui suæ incredulitatis operculū putāt, si iustum accusent, nescientes q̄ duplex peccatū peccent, & q̄ errorem suum ipsi nō dependent, & q̄ sanctum dei talibus culpis notare tētant. At nos eius nomine, per gratiam dei, defensionē afferemus. Quæ igitur accusatio est? Vi & necessitate ipsum inquit, attraxit deus. Qualis illa vis & necessitas, dic o homo! Vocauit eum supernus? Igitur & te hodie vocat per illam vocem, cur & tu non obedis? Vides nō esse necessitatis negocium? Nam si necessitas quædam foret, oportebat & te obedire. Cum autem tu nō obedis, manifestū q̄ ille voluntarius obediuit. Et vt discatis q̄ multum quidem fecit ad salutem Pauli, vocatio sicut & ad aliorum omnium hominum face re solet, non tamen destituit eum a suis operibus, & suæ propriæ voluntatis laude, neq; no cuīt eius libero arbitrio sed voluntarius aduenit ipse, atq; sua bona voluntate. Faciam hoc & alio exemplo liquidum. Audierunt & Iudæi vocem superneloquē tem, non filii, sed patris de CH R I S T O dicentis circa Jordanis fluēta. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, & dicunt ei, Hic est deceptor. Vides manifestam pugnam? vides bellū apertum? Vides vbiq; opus bona voluntate, ani mag; malis affectionibus prius non infecta. Ecce & illuc vox, & hinc vox, sed hinc ob-

Est tua pēnitētia pauli.
Facilius non vi ad fidem venisse. Cum autem tu nō obedis, manifestū q̄ ille voluntarius obediuit. Et vt discatis q̄ multum quidem fecit ad salutem Pauli, vocatio sicut & ad aliorum omnium hominum face re solet, non tamen destituit eum a suis operibus, & suæ propriæ voluntatis laude, neq; no cuīt eius libero arbitrio sed voluntarius aduenit ipse, atq; sua bona voluntate. Faciam hoc & alio exemplo liquidum. Audierunt & Iudæi vocem superneloquē tem, non filii, sed patris de CH R I S T O dicentis circa Jordanis fluēta. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, & dicunt ei, Hic est deceptor. Vides manifestam pugnam? vides bellū apertum? Vides vbiq; opus bona voluntate, ani mag; malis affectionibus prius non infecta. Ecce & illuc vox, & hinc vox, sed hinc ob-

DE CONVERSIONE BEATI PAVLI. FO. XLVII.

temperat, illi autem contradicunt. Et non solum illuc vox auditur, sed & spiritus in specie columbae videtur. Nam postquam Ioannes baptizauit, baptizatusque est CHRISTUS, ut ne qui ad humanam figuram spectant, putent baptizantem baptizato maiorem, venit vox, qua hic ab illo discerneretur. Et quia adhuc incertum erat de quo diceret vox, id quod dicebat, venit & spiritus sanctus in specie columbae, vocem in caput CHRISTI dicens atque ita & per vocem praedicatus est, & per spiritum monstratus, & ob haec Ioannes quoque clamabat. Non sum dignus, ut soluam corrigiam calceamentum, & insuper plurima alia testimonia tam verborum, quam operum attestabantur, sed post haec omnia Iudei in cæcitate sua manserunt, imo viderunt omnia, sed neque dictis neque factis credidere, eo quod infecta erat eorum mens, quæ præoccupat insanus vanæ gloriæ amor. Vnde euangelista dicit. Multi iudæorū qui crediderunt in eum, propter principes non confitebantur, ne in synagoga eiūcerentur. Et ipse CHRISTUS quoque dicebat. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam a vobis inuicem accipitis, & gloriam quæ a solo deo proficiuntur, non quæ ritis? At Paulus non sic, sed unica dumtaxat audita voce, cum adhuc nostros insectaretur, statim accurrit, statim obediuīt, statim eximiam præse tulit conuersionem. Quod si non fatigamini dictorum prolixitate, dicemus aliud exemplum adhuc proximus. Etenim & filium audierunt, & sic audierunt ut Paulus audiuīt, & neque sic crediderunt. Nam sicut Paulus audiuīt vocem, quem adhuc fureret, & in discipulos saueret. Ita Iudei aliquando audierunt alicubi vocem, cum egredierentur cum facibus, & lampadibus ad comprehendendum eum. Putabant enim se hominē purū adorari. At ille volens docere eos virtutem suam, & se deum, eosque frustra contra stimulum calcitrare, dicit eis. Quem queritis? Stabant ante & iuxta eum, & non videbāt eum. CHRISTUS autem quererebat eos, & manuducebat ut se inuenirent, ac discerent, quod non inuitus ad passionem iret, neque superabilis esset, nisi sponte sua eis permetteret. Aut quomodo superaret, quem inuenire non potuerunt? Quid dico inuenire? neque presentem videre valuerunt, & non solum non valuerunt videre presentem, sed & cum roganti responderent, nesciebant quis nam ille praesens, qui tam potenter oculos eorum excæauerat, & voce sua eos prostrauerat. Nam ut dixit. Ego sum, voce ea percussi, retrorsum abierunt, & ceciderunt oes. Itaque ut Paulum vox prostrauit, & supinum facere fecit, ita & illos vox omnes prosternebat, & sicut Paulus non vidit eum, quem persequebatur, ita & illi non videbant, quem quererent, & sicut Paulus tempore quo furebat, excæcatus est, ita & illi tempore furoris sunt excæcati, & sicut Paulus, cum iret ut comprehenderet discipulos, hec passus est, ita & illi cum exirent, ut comprehendenderent CHRISTVM, talia passi sunt. Vtrobique vincula, vtrobique persequutio. Simile vtrobique virtutis Christi indicium, similiaque remedia, at non similis correctio. Aegri enim multum inter se distabant. Quid enim stupidius? quid reprobatus illis, qui retrorsum corruerunt, iterumque surrexerunt, & iterum inuadunt? An non lapidibus insensatores erant. Et ut discant, quod ipse qui dixerat eis. Quem queritis, ille sit qui eos prostrauerat, loquitur eis iterum. Cum iterum surgerent ac dicerent, Iesum, dicit eis. Dicebam vobis quod ego sum. Quasi diceret. Discite, quod ego ille sum qui ante hac dixi. Quem queritis, & qui vos prostrauit. Verum neque hoc dicto profecit aliquid, sed illi in cæcitate sua manserunt. Haec igitur omnia inter se confer diligenter, & discere, quod Paulus non ex necessitate, sed anima sincera, bonaque voluntate ad fidem accessit. Quin si non abiatis & sustinetis, afferam & aliam demonstrationem, cui contradici nequeat, & certius probabo Paulum non necessitate coactum ad fidem venisse. Venit post haec Paulus in Salam

In bā
ptismō
quare
spiritu
in tpe
cie co-
lubē.

Iudei
pter
vanam
gloriā
non crē
diderūt

B

De prā
stratiō
et exce-
catione
Iudeo-
rum in
olue-
to.
Cōpas-
rātur p
strati
Paulus
et Iu-
dei.

C

DIVII. CHRYSOSTO. PSEGMA TVM HOMILIA.

D mynem Cypri ciuitatem, & inuenit illic magnum quandam, resistentem apud prædicationem Sergiū. Paulus autem impletus spiritu sancto dixit ei. O plene omni dilectione & omni versutia fili diaboli, inimice omnis iusticie, non desinis puertere vias domini rectas. **H**æc persequutoris verba sunt. Glorificemus igitur eum, quod cōueritus est. Ante hoc audistis, quod deuastabat ecclesiam, domosq; ingrediens ac vi raspiens viros & mulieres in carcerem tradebat. Videte quomodo nūc pro predicatione libere loquitur. Non cessas, ait peruertere vias domini rectas? Et nunc ecce manus dominis superte, & eris cæcus, & vsq; ad tempus non videns. Remediū quo sibi visus redditus est adhibuit & mago, qui tamē in cæcitate pmāsit, ut discas, quod non sola vocatio Paulum adduxerit, sed & voluntas eius. Nā si sola cæcitas hoc effecisset, oportebat eam & in mago efficacē esse, sed nihil effecit, & ille quidem remāsit cæcus, proconsul autē factum videns, credidit accepitq; alius remediū, alius autem curatus est. Videte quantum bonū sit, bene velle, & quantū malum discredere, & corde obdurari. Ex cæcatur magus, nullamq; utilitatem accipit, incredulus enim erat, & interim proconsul CHRISTVM agnoscit. At satis demonstratum fuerit Paulū voluntarie venisse ad CHRISTVM. Velle autem vos sermonem hūc diligenter memoria tenere. Deus enim nolentes non cogit, sed volentes trahit. Et Deo nō cogit.

E propterea dicit, Nemo ad me veniet, nisi pater meus traxerit eum. Qui autem trahit volentem, trahit humiliq; iacentem, ac manū porrigitem. Et tūt dilcas quod nūl lum cogit. Nam si ipse vult, nos autem non volumus, ad nostram salutem nihil proficiunt, ea quæ alioquin efficacia sunt, non quia infirma sit eius voluntas, sed quia cogere neminem vult. Necessario hunc sermonem attulimus, videmus enim complures ad defensionem suæ ignauiae, prætextu talivti, et si quando eos adhortamur, ut illuminentur, & ad meliorem vitam conuertantur, atq; ad alia id genus bona opera, respondere, quasi cunctabundos & resiliētes. Si deus volet, persuadebit mihi, & cōaduertar. Quos non arguo, sed valde probo, quod ad voluntatem dei configiunt. Vel luntate dei cōfugre. Nam si te ipsum somno, desideriæq; tradideris, neutiquā in manus tuas obuenient bona opera, & alio Nostra quis si solam voluntatem dei prætexas, nihil eorū, quibus opus habes adipisceris unquam. Hoc igitur est quod dixi, nullū vñquam vī & necessitate a deo adigī. Ipse qui dem vult omnes saluos fieri, at non omnium voluntas, eius voluntati obsequitur, ne

F q; ab eo aliquis cogitur. Vnde & ad Hierusalem sic dicit. Hierusalem Hierusalem Deo nō quoties volui congregare filios tuos, & noluisti? Quis ergo? Ecce relinquetur dominus vestra deserta. Vides quod dominus saluare nos vult, nos autem, quia nos ei nō saluos fieri. adiungimus, manemus in interitu. Deus enim paratus est ad saluandū hominē, nō inuoluntarium, neq; non volentem, id quod sœpe dico, sed voluntariū, & hoc eligeat. Homines quidem volentibus nolētibusq; seruis volunt & esse & dominari, do minanturq; non in seruorū, sed suam utilitatem spectantes. Deus autem nullius inq; nobis declarare tibi vult, quod nullius nostri indigens, seruitutem nostram defunderat, ad id solū spectans, quomodo nobis prospicit, & quomodo nō suæ, sed nostræ utilitatis gratia operetur omnia. Siquidem assentimur & volumus, & scientes eib; neficiū istius seruitutis deberi, ad ipsum veniamus. Inuoluntarios enim & resiliētes, neq; vī neq; necessitate cogit. Quo nobis cōmonstrat, quod nō ipse nobis gratiam habere debet, quia serui eius sumus, sed quia ipse domin⁹ noster est, sibi gratias agere tenemur. Igitur hæc scientes, bene recogitemus misericordiam domini, vīq; sua bonitate dignam pro nostris viribus exhibeamus, vt & nos regnū cœlorū assequamur. Quod nobis omnibus concedatur gratia & misericordia domini nostri

DENOMINE ABRAM. FO.XLVIII.

IESV CHRISTI ,cum quo patrī & sp̄itu sanc̄to sit gloria in secula seculo-
rum. AMEN.

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI, DE HABENDA CVRA SALVTIS PRO-
XIMI, ET QVARE ABRAM VOCATVS SIT ABRAHAM, HOMILIA
IO. OECOLAMPADIO INTERPRETE.

A

Aud difficile foret ex consequentia nuper dictorum, praesentis ser-
monis sumere pro cœmiū, si quidem vobis possibile esset scire, quid nu-
per a nobis dictū, & quomodo finitus fuerit sermo. Verum quia ple-
riq; ex his, qui nuper affuere, hodie non assunt, & ex his qui nunc as-
sunt, nuper abfuere, cogit auditorū veritas, ut repetenda sint, q; nu-
per dicta. Vnde & hi, qui prius sermonem audierunt, melius dictorū
memoriam firment, & his qui abfuerunt, non tam damnosum erit abfuisse, si & ip-
sis innotescat doctrina p̄dēm habita. Et fortassis dicent, qui semper sunt presentes
quod propter illos nuper dicta non sint resumenda, ut hi qui cū aliis conuenire con-
tempserunt, hoc damno emendentur, & fiant post hac diligentiores. Et quidē lau-
do, quod fratrum doletis ignauiam, & admiror zelum, Velle autem nos zelū tem-
perare misericordia, zelus enim veniam negans, potius furor est quam zelus, & ad-
monitio misericordia carens, tortura quædam est. Quapropter magis vros obsecro
ne amare vicinorū iudicetis peccata. Nam sicut is qui absq; compassionē vulnera
fratrum spectat, nullū inueniet qui sedignet venia, si quādo & ipse peccauerit, ita
qui cum misericordia lapsū p̄ximi iustificat, si quando & ipse supplantabit, mul-
tos videbit manum porrecturos. Ethāc nunc dico, non quod velim eorum qui ra-
ro huc conueniunt negligētiā augeri, sed quod maiorem honestiōem q; curam
nostram erga illos cupiam, itavt cum ratiōe, & amoris affectu geratur. Alioquin &
nos superioribus diebus, multos & lōgos sermones aduersum illos pronunciauiim⁹
& neq; hominū nomine dignos diximus, sicut meministis nos in hoc produxisse
prophetas duos præcipuos contra illos, quorum vnu dicit, Veni, & nō erat homo
vocauit, & non erat qui audiret. Alius autem declamat & dicit, Cui loquar & testifi-
cabor, in circūcis aures eorum, & non possunt audire. Quibus verbis mente in eo-
rum satis acriter p̄ strinximus, nūc vero iterum obsecramus. Sic enim & Paulus ius-
sit. Argue inquit, increpa, obsecra. Neq; enim hoc semp solum agere oportet, neq;
semper illud solum, sed vtrum q; alteris vicibus, quo maior inde sequatur utilitas.
Nam si semper argueremus, impudētiōes illi fierent, si semp obsecraremus, igna-
uiores redderētur. Quapropter & medici nō solum secant, sed & vulnera obligant,
neq; semper amara, sed nō nunquā & lenia pharmaca infundunt, ut per priora puri-
ficientur sanies & putredo, per posteriora autem mitigetur dolor. Et idcirco & ali-
bi inquit Paulus, Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui sp̄
rituales estis corripite illum, cōsiderans temetipsum, ne & tu tenteris. Optima ad-
monitio, perfectū cōsilium quod paterna viscera declarat, & eius qui magnam no-
strī curam gerit. Vere linguae Paulinæ verba, Fratres, Satī eximio nomine bene-
volum reddidit auditorem, Quasi dicturus, Eiusdem vteri partu & doloribus pro-
gnatus es, eundem habuisti patrem, eisdem alimentis educatus es. cōmunicasti ei in
natiuitate sp̄irituali, cognitionē & fraternitatem hanc, etiam in corrigendis proxī
mi erratis declara. Si præoccupatus. Non dixit, si peccet, sed ad genus peccati con-
fugit, quod maiorem meretur veniam. Si præoccupatus fuerit, si grauiter tentatus
succubuerit, si errauerit: neq; eum qui dedita opera peccauit dicit, sed eum qui stu-

zelus si
ne mis-
ericordia fu-
ror.

Alter-
nis vic-
bus ob-
secrādū
et argu-
endū.

C

Fratres
Si pre-
occupa-
tus.

DIVIIO. CHRYSOSTO. PSEGMA TVM HOMILIA.

Duit bene agere, supplātatus tamē est a potestate diabolica & vīctus. Nam talis non tam accusationē quam veniam meretur. Si præoccupatus fuerit homo, iterum ad aliam venie speciē confugit, nempe naturæ infirmitatē, quam nomine hominis insinuat. Sicut & magnus Iob veniam a deo impetrare volens, dicebat. Quid est homo quod reputas eum, & visitationem peccatorū eius fecisti? Sic & nos faciamus, quādo cum peccatore aliquo expostulatur, cōtinuo dicamus **HOMO EST**, & naturæ recordatione ad misericordiā stomachantes puocemus. Et ea de causa Paulus, ad naturam & eius infirmitatē cōfugit, cum dixit. Si & preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, Non simpliciter magna peccata dicit, quæ maiora, q̄ vt compassionem & misericordiā mereri videātur, sed parua & deordinata. Vos qui spirituales. Is qui peccat, homo, qui vero bene operantur, spirituales dicuntur. Hic virtutis vocabulū posuit, illuc naturæ nomē dixit. Multum autem differet homo & spiritu ritualis. Vos qui spirituales. Si spiritualis es, ostende michi virtutē tuam, non a tua, ales q. sed mea salute, sed a subsidio quod lapsō fers. Hoc enim spiritualis est, nō despiceret sua membra periclitatiā. Instruite talem. Facite ait ne capi possit, ne certando defasteretur, ne præliādo aduersus diabolum succubat. Considerans temetipsum, ne & metip = tu tenteris. Hoc summū consilium est, & admonitio maximē cogens. Etiam sis- sum. xeus fueris, & audias, verbum hoc sufficiet ad terrendū & prouocādum, quo feras auxilium lapsō. Non vis ait, vt frater misereri, non vis vt hominibus concedere veniam, nō vis vt spiritualis manum porrigit, considera cōditionem tuam, neq; in-diges consiliario, sed per temetipsum iacentē iuuabis, & a temetipso admoneberis. Quo pacto & quomodo? Considera temetipsum ait, & ne tu tenteris. Non dixit, Nam omnino & tu peccabis, ne molestior esset, sed quomodo dixit? Ne quādo & tu tenteris. Fieri enim potest, vt pecces, fieri potest etiam vt non pecces. Et quia incertum est futurū, para tibi misericordiē sportulas, quas illi dones, vt per illa que p- ximo impendis, si & tu aliquādo lapsus fueris, inuenias promptuaria cōpassione & miseratione referta. Non dixit, ne quando & tu pecces, ne quando & tu cadas. Attē

Tenta- dite diligenter ad vim verborū suorum. Sed ne quando & tu tenteris. Quo simul in tornon dicatur, q̄ habemus inimicū tentatorem. Et tentator non statum insidiādi tempus habet statū tē habet. Plerumq; enim nobis dormiētibus, & negligētibus imponit, & idcirco p̄- occupatus ille magis dignus est, vt ei cōdonetur, quoniā a tentatore captus est. Nō enim erat ei manifesta pugna: neq; cōdictus dies bellī, sed per ignorantia deceptus & superat⁹ est. Sic naute quoq; faciūt cum per magnū & spacioſum mare nauigāt,

F līcet nauis secūdo vento feratur, līcet omni fruantur securitate, cum tamen viderint alios vel a longe naufragiū facere, non ad propriā spectantes vtilitatem, illorū con temnū calamitatē, sed sīstunt nauem, & eis ciunt ancorā, detrahunt vela, eis ciunt fu- nes, proīciūt tabulas, vt ille qui a fluctibus mergitur, forte aliquo illorum arrepto, emergat. Imītare & tu nautas, homo, nam & tu mare nauigas magnū & spacioſum, nempe vitæ presentis mare, quod multas habet beluas, piratas, petras, & latētes scō pulos, crebrisq; turbatur fluctibus, & in eo naufragant plurimi. Cum igitur videris nauigātiū aliquem diaboli insidijs cīrcūallari, & amittere diuitias salutis, natare in fluctibus, & iam submergi, relictis negocijs tuis, statim illius puidē saluti. Neq; enim moram sustinet, neq; dilationem qui summergi incipit. Igitur statim accurre, & quātotius e fluctibus eum eripe. Age & moue, quicquid ei p̄desse credis, atq; ita ipsum ex profundo interitus extrahas, etiam site plurima negotia aliorum vocent & trahant, nihil ducas magis necessariū salute sic laborantis. Nam si parump; differ revolueris, perdetur, tempestate rabida, Vnde in tantis periculis magna accelerat-

Prefere
da sal⁹
proximi
nego-
cij p-
prijs,

tione opus est & studio. Audi quomodo Paulus, viso homine quodam, qui in profundum rapiebatur, solicitus & anxius erat, & alios excitabat. Valeat in illum charitas inquit, ne forte tristitia abundantiore absorbeat ille. Et propter hoc iubet statim praebere manum, ut ne interim dum differimus, praeuetus ille absorbeat. Cum ramigitur geramus fratrum nostrorum. Hæc summa vita nostra est. Hoc signo intento scimus an Christiani simus, cum non solum quæ nostra sunt spectamus, sed & membra nostra peruersa corrigitur, & instruimus. Hoc maximum indicium fidei. In hoc cognoscunt omnes, inquit, quod discipuli mei estis, si diligitis mutuum. Charitatè autem sinceram declarat non communio mensæ, non breve colloquiū, non verborum adulatio, sed studium & sedulitas in considerando, quid proximo conducat, ut erigatur qui cecidit, & porrigitur lapsi manus, ut ante bona propria inquirantur quæ proximi sunt. Hæc est germana charitas. Nam charitas non spectat quæ sua sunt, sed prius videt ea quæ proximi, quæ sua. Et ego nunc non propter memet ipsum tam p^{ropter} a nobis ipsi^{tas non incipit} lysis sermonibus vtor, sed propter vos. Igitur & vos audite, non propter vos metip^{sos}, sed propter alios a vobis erudiendos. Quippe ecclesiæ corpus per membrorum cohaeretiam, & mutua subsidia nutritur & seruatur: & sicut membrum, quod apud seipsum cibos omneis reseruat, vicinoq; non communicat, & seipsum offendit, & reliquum corpus corruptit, ut de stomacho videamus, is enim si cibum solus continuerit, & reliquum corpus fame corruptit, & seipsum sua inexpedibili improbitate perdit, si autem acceperit quantum pro sua portione satis, & reliquum alijs membris transmiserit, & seipsum & reliquum corpus in bona valetudine conseruat. Ita & tu nunc, si ea quæ a nobis audis, detinueris, alijsq; non communicaueris, & illum incommodeabis, & teipsum iam corrupisti, quia ignauie & inuidie grauissimos morbos soues. Satis enim ad perditionem tuam fuerit, vel ob maliciam vel ob inuidiam, vel etiam ob ignauiam non communicare alijs. Contra, si citra inuidiam, & ad alios transmiseris alimoniam, & tibi ipsi & alijs profuturus es. Et de his dictum est satis. Nunc operepreciū fuerit, venire ad contextum eorum, quæ nuper dicta fuerunt. Quæ erant ergo illæ res.

B De Saulo & Paulo tunc exquirebamus, quare aliquando Saulus, & aliquando Paulus vocatus sit. Et inde digressi sumus in multorum nominum historiam, Verum quia semel hinc soluimus, non videtur dignum esse, ut cum utilis adhuc occurrat negotiatio, temere eam prætereutes, negligamus. Nam licet per Paulum in hoc argumentum deuenierimus, nichilominus & aliorum nominum rationes, hac negociatione inuenire possumus. Sicut & mercatores qui mare nauigant, & propter minuta quædam in longinas terras proficiscuntur, cum venerint in petitam ciuitatem, & viderint copiam aliarum rerum sibi conducibilium, præter eas propter quas a patria exierunt, multa plura quā decreuerant mercantur, sic dicentes. Longa via venimus, multas tempestates, multaque pericula pertulimus. Quid igitur vetat negociationem nostram fieri ampliore? Talia vtique & nobis dicerelicit. Nam inquirentes de nominibus Pauli, inuenimus consequenter nudicationem aliorum nominum, Nempe Petrum antea Simonem dictum. Et filios Zebedæi Ioannem & Iacobum, filios tontrui noncupatos. Inuenimus & in veteri Abraham, qui antea Abram vocatus fuit. Et Jacob Israelem nominatum, Et Sarai Saram. Inuenimus autem, quod & alij non fuerint agnominati, sed a principio sibi indita nomina retinuerint, sicut Iannes baptista, Isaac, & Adam. Absurdum igitur fuerit, & extremæ desideriaz tantum e manibus thesaurum abiijcere. Nam propterea longiorem fecimus sermonem, Et quia nuper diximus de his, qui suum primum nomen retinuerint, hodie de Dionymis dicere mens est. Quorum unus est Abraham. Adam eodem semper nomine vocatus est.

AVera
charitas**B**Sermo
nes au-
ditos
comu-
nicet p
ximis
audito**C****G**

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI HOMILIA

Dicitur Et Isaac quoque aliam appellationem non accepit, sed ab initio usque ad finem semper Isaac dicitus est. Pater autem Isaac Abram & Abraham dicitus fuit. Dixit enim ad eum deus. Non erit ultra nomen tuum Abram, sed Abrahā vocabitur nomen tuū. Etenim Abram vocabatur prius, sed hoc nō est Gr̄ecum, neque nostra, sed H̄æbreorum lingua sic vocatur. Quid igitur sonat nomen hoc, cū interpretatur? Transitor. Nam Abram Syrorum voce idem est quod trans, vel ultra. Et scīt qui id est linguae eius periti sunt. Magna quoque Syrorū cū H̄æbreæ lingua cognitio est. Sed dicas, quare transitor vocabatur? Iudea regio, hoc est, Palæstina omnis que ab Aegypto usque ad Euphratem et regione iacet Babyloniae, unde erat Abraham, & fluuius cōmunicis terminus utriusque terræ, medius utramque secat. Et quia Abraham nō Palæstinus erat, sed ab ulteriori ripa fluminis venerat, nempe a Babylonie, ideo a loco & facto nomen accepit, & dicitus est Transitor, quia a loco ulteriori fluminis venit. Quare autem fluuium transiit? quia deus iussit, & quare deus iussit? ut ostende retur obediētia iusti. Et quomodo ostensa fuit obedientia iusti? quia propter præceptum dei domū suam quam reliquit pro aliena cōmutauit. Vides quanta catena rerum in appellatione iusti necatur? Vides quam ingens historiarū pelagus, nomen hoc nobis aperiat? Disce igitur nomen eius primū, ut cum videris eum Palæstinā incolentem, appellatione nominis in memoriam patriæ eius, & causæ propter quam eam reliquit, manuducatis, & ita ad imitandū eum admoneare. Ecce enim vir ille angelum te legem & sub lege vitā agens, philosophiā quoque quæ nobis tēpore gratiæ tradita impluit, suscepit implendā, & ante tēpus gratiæ fecit, quod postea discipulis **CHRISTVS** dixit, Amen dico vobis, quod nullus est qui reliquit aut domū, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrē, qui non centuplū accipiet, & vitam æternā possidebit. Non solum autē hinc appetit, quod sapiēter vixerit iustus, sed etiam dei promissio hoc declarat. Veni enim inquit in terrā, quam monstrauero tibi, Nam tametsi utræque ille regiones Chaldæa & Palæstina erant corporales, illa tamen sua erat, hæc aliena, illa certa, hæc incerta, illa in manibus, hæc in spe, ipse autem relīctis certis, manifestis & his quæ in manu erant, festinavit & transiit ad incerta, incognita, & ad ea in quibus sibi non licebat dominari, ut persuadeat, eruditatque, neque cōtradicendū, neque cunctandum, quādo deus certa relinqueret iubet. Non enim tam certa quæ in manibus, atque ea dei certissime, quæ in spe, Non sic manifesta est præsens hæc vita, ut futura illa. Hanc enim videamus nostris oculis, illam videmus oculis fidei, hanc videmus in manibus nostris potestam, illā videmus in manibus dei custoditā. Promissiones autē dei multo certiores sunt, quod quæ in nostris sunt manib⁹. Vis discere quomodo hæc quidē vita in incerto sita est semp, futura autē illa, quæ videtur incerta esse, hac præsentis certior sit & solidior. Inquiramus, si placet, quæ sunt illa præsentis vitæ præclaras? Diuitiæ, gloria, potentia, magnum existimari ab hominibus: sed videbis nihil illis esse incertius. Quid enim infidelius diuitijs, quæ sepe nec usque ad vesperam nobis permanēt, sed sicut in gratus transfuga ab hoc ad illū, & ab illo ad aliū subinde trāseunt? Quid & gloria est minus fideles? sæpenumero qui clarus erat & nobilis, repente cōtemptibilis fit, & ignobilis, & e diuerso quoque, sæpe obscuri subito clarescunt. Et sicut videri nequit in rota, quæ continuo versatur, aliqua pars eius, eo quod crebra cirkūferentia semper summa fiunt ima, & ima summa, Ita & nostrarū rerum impetus, dum continuo vertuntur, summa facit ifima, ut videre licet in diuitijs, potentij ac alijs. Nunquā enim in eodem statu manent, sed semper instabiles, fluminū fluxus imitatur. Quid igitur his incertius, quæ tam crebro transferuntur, & priusquam recte appareant, auolant, priusquam adueniant, resilient? Unde & propheta de delitijs, & diuitijs talibus dis-

EAbrahā euāgelium suscepit implendā, & ante tēpus gratiæ tradita dicitur, Amen dico vobis, quod nullus est qui reliquit aut domū, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrē, qui non centuplū accipiet, & vitam æternā possidebit. Non solum autē hinc appetit, quod sapiēter vixerit iustus, sed etiam dei promissio hoc declarat. Veni enim inquit in terrā, quam monstrauero tibi, Nam tametsi utræque ille regiones Chaldæa & Palæstina erant corporales, illa tamen sua erat, hæc aliena, illa certa, hæc incerta, illa in manibus, hæc in spe, ipse autem relīctis certis, manifestis & his quæ in manu erant, festinavit & transiit ad incerta, incognita, & ad ea in quibus sibi non licebat dominari, ut persuadeat, eruditatque, neque cōtradicendū, neque cunctandum, quādo deus certa relinqueret iubet. Non enim tam certa quæ in manibus, atque ea dei certissime, quæ in spe, Non sic manifesta est præsens hæc vita, ut futura illa. Hanc enim videamus nostris oculis, illam videmus oculis fidei, hanc videmus in manibus nostris potentia, magnum existimari ab hominibus: sed videbis nihil illis esse incertius. Quid enim infidelius diuitijs, quæ sepe nec usque ad vesperam nobis permanēt, sed sicut in gratus transfuga ab hoc ad illū, & ab illo ad aliū subinde trāseunt? Quid & gloria est minus fideles? sæpenumero qui clarus erat & nobilis, repente cōtemptibilis fit, & ignobilis, & e diuerso quoque, sæpe obscuri subito clarescunt. Et sicut videri nequit in rota, quæ continuo versatur, aliqua pars eius, eo quod crebra cirkūferentia semper summa fiunt ima, & ima summa, Ita & nostrarū rerum impetus, dum continuo vertuntur, summa facit ifima, ut videre licet in diuitijs, potentij ac alijs. Nunquā enim in eodem statu manent, sed semper instabiles, fluminū fluxus imitatur. Quid igitur his incertius, quæ tam crebro transferuntur, & priusquam recte appareant, auolant, priusquam adueniant, resilient? Unde & propheta de delitijs, & diuitijs talibus dis-

serens, & spectas vacantes talibus quasi permaneāt, dicit. Reputarunt quasi stantia, & non quasi fugientia. Non dixit, quasi prætereūtia, sed quod multo minus quasi fugientia. Non enī paulatim recedunt, sed mira celeritate. At patriarcha ille non sic Quasi egit, sed relictis omnibus illis, tantū ad pmissiones dei spectauit, viam nobis parās fugien ad futurorū fidem, vt cum pmiserit tibi deus futura, & quæ non videntur, ne dicas tia, q̄ hæc incerta sint, & obscura. Incerta enim illa, certiora sunt his quæ vidētur, modo oculos fidei habeamus. Quid autem, q̄ ipsa non videmus, Deus ea promisit, & pollicitus est. Quādo deus promittit, nulla variatio pmissionibus adiungitur, atq; adeo illa maxime manet, quæ in manu dei sunt. Ex manu enim dei inquit, nullus rapere potest. Igitur quia nullus rapere potest ex manu dei, certus ille thesaurus semper pere potest. Præsentia autē omnigenis variatiōibus & vicissitudinibus sunt obnoxia, & pperea pro eis s̄a pe laborē ferimus, & fine eorum frustramur. In his autē quæ speramus non ita est, sed his qui laborauit, necessario coronas & præmia consequitur. Nam spes non pudefacit, quia dei est promissio, & dona promissa, sequūtur eius naturā, qui promisit. Relictis igitur incertis, apprehende ea quæ cōspicua sunt. Cōspicua autē sunt nō presentia, sed futura. Iam q̄ aliquid ad presentia spectant, & futura respuūt, non ideo respuūt, quod obscura & incerta, sed quod sublimia sunt, & supra eorum imbecillitatē. Consydera igitur quāta sit virtus iusti? Promiserat ei deus corporalia & ipse spiritualia quærebant. Vbi dices pmisit ei deus corporalia, & ipse spiritualia quæsiuit? Egredere inquit, de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrā quam mōstrauero tibi. Corporalis erat terra prior, sed & futura, quæ illi danda erat. Quid ergo ille? īmo non illū, sed Paulū audiamus de illo dicentē. Nam licet hanc promiserat deus, relictis tamen presentibus, festinabat ad futura. Quid igitur Paulus dicit, Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, cum non accipiissent pmissiones, sed pcul eas videntur. Quid dicas? Non obtinuit Abraham pmissiones, non venit in Palæstinam, Falsa ergo ea quæ dicta sunt. Venit quidem in Palæstinam, non ad hanc autē spectauit, sed aliam quæ in celis desiderauit. Cuius rei & Paulus testis, cum adiūcit. Et cōfessi sunt se hospites & peregrinos in terra. Hospes ne est, qui tantā accepit patriā, & tantā regionē? dic obsecro. Non enim ad hanc, sed ad cœlum spectauit. Nam qui hæc dicit, inquit, declarat, quod aliā inquit patriā, cuius artifex & opifex est deus, illam inq Hierusalē cœlestē, & quæ super est. Vidi quomodo promiserit illi deus corporalē, & ipse quæsuerit supnam Hierusalē? Itaq; corporalis est pmisio, spirituale autē iusti desideriū. At nos plane diuersa facimus. Deus illi promiserat Palæstinā, sed ille spectabat cœlū. Nobis pmisum est cœlū, & ad terrā tendimus. Hæc lucra ex Abrahā nobis cōtigerunt, quia nomē eius dīdicim⁹, & quare Trāsitor dīctus sit, & q̄ relicta terra sua in alienā cōcessit. pteritisq; certis ad incerta se cōuertit, & abiectis his quæ in manibus & corporalibus, aspirauit ad ea quæ spe cōcipiebat, idq; ante gratiā & ante legē, atq; ante ppheterū doctrinā. Vnde manifestū, qđ p̄ceptore caruerit, suffeceritq; ei in natura mouēs cogitationes cōsciētiæ eius, vt sic iueniret opificē vniuersi, & ppter hoc dicebat Abram, quod nomē ei & parētes ea de causa in diderūt. Sed forte statim dixe ritaliquis, Mēdaciū hoc est & cōfictū. Parentes enī Abrahæ iniusti fuerūt, & neq; placuerūt deo, neq; sciuierunt futura, neq; pollicitationē a dñō dandā p̄cognouerūt. Certe īmī erat & idololatræ, & Barbaris magis Barbari. Scio & ego, & propterea laudo iustum, q̄ tales parentes habens, talis ipse factus sit. Etenim valderarum & admirabile est, ex agresti radice dulcem fructum produci. At nō accusandi sunt ob parentum maliciam filij pie viuētes, sed & vt admirabiles habendi, eo quod

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI SEKMO

Filij nō cum pietatem a parētibus non acceperūt, nec habuerunt qui manuducerent, quasi accusāti in eremo & in iugis eūtes, viam quæ in cœlum fert, inuenire potuerint. Non igitur crimen est, habere patrem impiū, sed imitari patris impietate. Et crimen est maximū, nō q̄ habemus improbos parētes, sed q̄ illorū non agimus curā, & non offerimus parētū, omnia quæ ab eis habemus, vt ab ipietate sua eos eruamus. Hæc autē dixi, vt ne tur-

D Cberis dilecte, cum audistis q̄ Abrahā impium patrē habuerit, Nam & Timotheus Cura impiū patrē sortitus fuit, filius enim Iudeg mulieris erat fidelis matris, patris autem parētū in iugis Gentilis. Et q̄ pater eius māserit in impietate, & non fuerit cōuersus, manifestum rū. est ex hoc, Laudans enim Thimothei fidem Paulus, sic dicit. Quæ habitauit in Timothei pa- auia tua Loide, & matre tua Eunice, cōfido autem quod & in te. Nusquā hīc patris ter infi- nomen legitur, Et quare? quia in impietate perseverans, non erat dignus qui cum fi- delis, Apolo- lio numeraretur. Et apostolos malos habuisse patres manifestauit CHRISTVS, lorum cū dixit, Si ego in beelzebub eijs ciō demonia, filij vestri in quo eijs ciuntur, ppter hoc mal i ipsi erunt iudices vestri, Sed ne turbet hoc neq; offendat. Nam ex hoc discimus, q̄ patres. non naturæ, sed volūtatis est vitium & virtus. Eniuero si naturæ esset, oīno malī ma- Volūta- los parerēt, & boni bonos. Sed quia electionis & volūtatis est probū vel improbū tis est p- esse, idcirco sepe malis patribus boni filij, & ignavis filij studiosi patres sunt, vt nō bū vel i- naturæ, sed voluntati semp illa imputemus. Verū cum parētes A brahe, vt dixi fue- probū esse. rint impij, quomodo ei hoc nomē indiderunt. Fuit hoc opus diuinæ sapientiæ per incredulā linguā dispensatis, vt puer nomē imponeretur, habēs in se futurū his- toriam. Sicut eādem virtutē & in Balaam declarauit, cogens eū futura prædicere, quo manifestat, quod non solum in suis, sed & in alienis dñari potest. Et vt discas q̄ parentes etiā non valde pijs, sāpius nefcij imponunt noīa filijs, quæ multā futurū inter in dispēsationem declarant, docebimus etiā alio exēplo. Lamech qui fuit pater Noe, iustos nō erat gratus deo. Nam si fuisset pbatus apud deum, nō dīctum esset, Noe solum perfectum inuentū in generatione sua. Neq; nos trāsiuissimus iusti patrē in cōme- morandis nominibus, si iustus fuisset. Quid igitur ille? Imposuit nomē puerō, q̄ p- cipuam futurū rerum haberet historiā, eratq; appellatio iusti prophetia. Signifi- Nomē Noe p- cabat enim nomē eius futurū diluuiū, Nomen eius hebraica lingua vocauit Noe, phetia. quod interpretatū est quies. Niah enim, Syrorū voce quies est. Sicut igitur Adam, ab abar quod est trans, vel ultra dicitur, & Adam ab Aedem, quod est terra, di- fētus, eo quod sit terrenus, ita hīc a Niah vocatus est Noe, hoc est autor quietis. De- clarat autē hoc, & adiecta particula, Vocauit enim eum Noe, dīces. Hic nos quie- Dilu- scere faciet. Quietem diluuiū vocans, eo quod sub illo futurū diluuiū. Diluuiū au- uiū ges tem mors fuit, Mors vero quies viro est. Et idcirco hominē, sub quo diluuiū factū, quietis autorem vocauit. Et q̄ non torqueam scripturas, ex scriptura ipsa audiam? hoc. Vixit Lamech annos centū octoginta & genuit filium, & vocauit nomē eius Noe, dicens. Hic nos quiescere faciet. Et quare non dixit, Hic occidet nos, hic fa- ciet diluuiū fieri, sed dicit. Hic faciet nos quiescere! Creatura omnis resoluitur, abyssi de subtus erūpunt, cataracte superius aperiūtur, omne pelagus erat mirū, & admirabile, & horribile, & in luto quasi cōmuni sepulchro promiscua hominū, & æquorum ac ferarū corpora occultabant, & tantam calamitatē, tantaq; mala calamitate vocas! Profecto dicit. Nam hoīes in magna maliciā viuebāt, Diluuiū autem, quia maliciā resecuit, ideo liberati illi a maliciā, quiescere dīcūt. Generationē enī illorū Mors quasi corpus īcurabiliter langescēs, & malis multis nullam consolationē admittē- viro q- tibus obnoxīū, supueniēs diluuiū eripuit, & quiescere fecit. Nā si mors viro quies- es. multomagis his qui īnemēdabiles in maliciā viuūt, mors q̄es est, liberās eos a labo-

dem hoc boni consulere voluerit homo, qui prius errore infectus erat, iuxta vocem prophetæ, & ille viuet vita, & tu animam tuam liberabis, si autem respuit sermonem F vtpote contentiosus, tu contestare, ne reus fias, tantum cum longanimitate & suauitate, vt ne animam eius de manu tua iudex requirat, Ne odio habeas, ne auerteris, ne persequaris, sed sinceram & veram erga eum ostende charitatem. Ut interim aliud nullum, certe hoc feres lucri, & magna est hæc utilitas, egregiumq; lucrum quod diligis, & simul doctrinam CHRISTI doces. In hoc enim, ait, cognoscet. q; meis discipuli, si charitatem habueritis inuicem. Quia absente nihil proderit, vel scientia mysteriorū dei, vel fides, vel prophetia, vel paupertas, vel confessio CHRISTI id quod & Paulus ipse demonstrauit dicens, Si tenuero mysteria omnia, & omnem scientiam, & fidem, ita ut etiam montes dimoueam, charitatem autem non habuero nullam inde utilitatem capio. Et si linguis angelorū loquar, & si impertius fuero omnes facultates meas, & si tradam corpus meum, ita ut comburar, charitatem autem nō habeam, nihil sum. Charitas suauis est, nō inflatur, nō querit quæ sua sunt, omnia suffert, omnia sperat, omnia credit, omnia sustinet. Dilecti nullus ex vobis talibus erga CHRISTVM fuit affectus, qualiter ista sancta anima, Nullus hominū talia verba præter illum loqui ausus fuisset. Nam anima eius amburebatur cum dicearet, Adiplo afflictiones Christi in carne mea, quæ reliquæ. Et, p; cabar ipse anathema eē a Christo et Quis ifirmat, & nō ifirmor ego? cūq; tāta erga Christū affectio neprædit' esset, nō iurias, nō violétias, nō anathemata cuipiā iferebat, & profecto, quasi non esset is qui tot gentes, & integras ciuitates domino obtulisset, sed quasi humiliaretur, verberaretur, colaphis cæderetur, ridiculusq; esset oībus, ita hæc curabat blandiendo, adhortando, obsecrando, Sic sane & apud Athenienses sibi patefecit introitum, Nam cum inuenisset omnes idolorum cultui deditos, non exprobauit eis dicens. Impij estis nos, & plane omnis religionis expertes, Nō dixit, Omnia vos diuino honore dignamini, deum ipsum, vnicum & verum dominū & opificem vniuersi, negatis, Sed quid? Obambulans, inquit, & consyderans culturas vestras, inueni etiam aram inscriptam ignoto deo, Quem igitur ignorantes colitis, hūc ego vobis annūcio, Om̄aculum, o paterna viscera, Pie colere dicit Græcos & Idolas, tras quāvis impie colentes. Quare quia vt pijs & vere religiosi cultum suum perficiebant, deum se colere putantes, Hoc a vobis persuadete, Huius vos imitatores omnes fieri pre cor, atq; vobiscum & me ipsum. Nam cum dominus, qui prænouit quid vnuſquisq; nostrum elegit, & qualis futurus est, hoc facit, vt bonitatem & magnificē Linū fumi tiam suam comprobet, Neq; enim propter malos creationem intermisit, sed etiam gās nō illos cōmuni bus bonis locupletauit. Quo pacto igitur tu secus facis, qui in ecclesia extigue cum alijs adcurris, & hostiam filij dei perficis? Nescitis quod calamū confractū nō contriuit, & linum fumigans non extinxit? Et quorsum hoc dictum? audi, Iudam & eos qui exciderant tandem nō abiecit, quo usq; seipsum quisq; abductum errori mancipauit, Nonne & pro populi ignorantij preces offerimus? Nonne præceptum habemus, vt pro inimicis, & qui nos oderunt precemur? En quam probe implem' ministerium? En vt ordinatio non effert, non in sublime extollit, nō potentia prestat? Episco Omnes eundem sp̄ritum accepimus omnes in adoptionem filiorum vocati sumus porū ē quos autem probavit dominus, eos fratribus in potestate seruire voluit. Eia ministris fratrib; rium nostrum curemus, obsecramus & contestamur vos, vt a tanto malo desistatis. Nam is quem tu anathematizare decreuisti, vel viuit, & adhuc in mortali vita hac superest, vel mortuus est. Quod si adhuc superest, impie agis qui eum qui a malo in bonū se vertere potest crudeliter absecas, si nō mortuus est, multo magis crudelis es. Cur

IN ELIAM PROHPETAM.

FO LVII.

nam? Quia domino suo stat vel cadit, non iam subiure hūano existens. Et de eo, φ
 occultatum referuatūque seculorum iudicī, pronūciare tutum est solum ei, qui men- Mortu,
 suram scientiæ, & quantitatē fidei cognoscit, Dic mihi obsecro, quī scis, quibus nā nō ē sub
 verbis se se accusabit vel defendet ille in die quo deus venturus est, vt iudicet occulta hūano
 hominū? Profecto inscrutabilia sunt iudicia, & imperuestigabiles viæ eius, Quis enī A
 cognouit sensum domini, vel quis eius cōsiliarius fuit? Dilecti forte nullus ex vobis
 baptismū se cōsequutū putat, nullus iudicium aliquando futurum suspicatur? Quid
 dico iudicium? ipsam nostram mortem & egressum e corpore nō cogitam⁹. Adeo
 corda nostra huius vitæ solitudine & curis obrutescunt & desipiunt. Obsecro desis-
 stite ab hoc malo, Ecce dico, & contestor coram deo & electis angelis, hinc vobis
 in die iudicij magnum malum, & inextinguibilem ignem parari. Nam si in virginū
 ordine eos, qui cum fulgida fide, & morum honestate vixerūt, dominus qui omniū
 opera eorum cōsyderabit, ob misericordiæ penuriam athalamo arcebūt, quomodo
 nos qui in omnī lxx & crudelitate erga cognatos versamur, obliti dei salutē asseque-
 mur? Ea propter vos oro, ne vobis verba hæc mente excidant. Dogmata enim im-
 pia et que ab hereticis profecta, arguere et anathematizare oportet, hominibus autē
 parcendum, & pro salute ipsorum orandum. Det deus omnes nos ita charitatis er- Epilo-
 ga deum & proximū esse studiosos, implereq; mādata domini, vt cum misericordiæ gus.
 oleo, & fulgidis lampadibus occurramus in die resurrectionis ipsi superno & coele-
 sti sposo, offerentes ei plurimos in gloria, quos nostra compassione & pietate lucri
 fecimus, prēstāte gratia et misericordia ipsius vni geniti filii dei cum quo patri sit glo-
 rīa, simulq; sancto spiritui in secula. AMEN.

IN ELIAM PROPHETAM, DIVI IOAN-
NIS CHRYSOSTOMI, SERMO.

Loriosus olim prophetarum possessione, vtī peculiariſ quædam illo
 rum agricultura erat Iudeorū populus, sed plaudite, Gloriatio hæc
 nunc ab eis in ecclesiam translata est, Ecce apud nos & prophetarū
 corpora. Neq; enī cōgruit, vt prophetas agricolas adhuc habeat
 sterilis ille populus. Neq; decet, vt apud illos seruētur prophetæ, qui
 eum, quem isti predixerunt, crucifixere pro mortuis quos apud illos
 excitauit, pro cæcis quos apud illos visu donauit, pro esuriētibus quos apud illos pa-
 uit, pro virtute qua beatum Eliam, deus omniū dominus propter illos admirabilem
 fecit, & rarī modis, vt dicemus ad reuocandā, quam contra illos tulerat sentētiā
 coegit. Quem precor, vt & nunc mihi in cōmemorādīs prophetæ huius factis dux
 sit & doct̄or. Igitur elias ille, zelo dei insignis, vt vidit Iudæorum gentem, contēpta
 dei misericordia, perpetuo in delitijs viuere, & idolorū cultuī deditam, & a deo qui-
 dem impietatem tolerari, ipsos autem longanimitate ista, ad maiorem vitę imp̄cen-
 tentiam abuti. Volens eos punitum iri cogitabat, quid nam aduersus eos, diuinæ bo-
 nitati opponeret, que paruīs lacrymis statim mouetur vīram ponat, decernit tandem
 vt ad conceptam contra eos pœnam, deū iuramento astringat, quo ligatus sentēti-
 am in eos non facile solueret. Non ignorabat enim & iustorū zelo deū placari. Di-
 cebat itaq; Bonus erga illos deus est, paucisq; eorum flectitur lachrimis, verum, bo-
 nitas illa populo male cedit, longanimitate enim abutētes, perdite viuunt, & simula-
 cra colūt, atq; ita & deus ipse contemnitur. Vīuit dominus (inbuit) & non erunt per
 annos illos ros & pluviā, Deinde, cum deus ei responderet, Quid ergo, si penitētes

C

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI SERMO

F illi mihi blandiantur, si lacrymas afferētes spectem, si a delictis resipiscētes videam
Iuramē statim ne dare debeo pluuiam? Minime inquit, viuit dominus, nisi per os meū, Non
to deū viuit dominus. Illi idolis se addixerunt, ego per deitatem tuam iuro. Ostende mihi,
elias ob quod iuramentū hoc, & contra te valeat, vt & per hoc idolorum infirmitas declare,
stringit.

Non viuit dominus, non erunt tribus annis ros & pluia, nisi per sermones oris
mei, Non quando tibi videbitur, pœnæ finem facias. Tibi enim pro clementia tua
semper videtur misericorditer agendum. Sed tunc, quādo ego pro eis orauerō, & iu
Deus ppheta dicauerō, q̄ dignam animę suę curam gerent, probeq; resipiscant. Igītū prophe
teuerit, tam sententiam reueritus est deus, & honorem iuramento illi dedit. Remtamen mo
deratus, dominus sic est, vt & prophetam simul reuereri videretur, & populi quem fa
me puniebat miseretur, Et quid facit? Prophetā vna cum populo punit, vt dum etiā
ipse, in famis supplicio comprehenditur, aliquid misericordię in relaxando sententię
suę iuramento addiscat. Et punit quidem prophetā cum populo, leuioritatem pœna
eum corripit & mirabili sapientia misericordiae opus complet, Prophetā enim per

E illas potissimum aues, quibus sui fœtus inuisi nutrit. Odit enim prolem suam cor
coruorū uus, & natam nō educat. Id quod propheta insinuās dixit, Et pullis coruorum inuo
natura. cantibus eum, Alioquin omnes auium pulli, recens nati, ifirmiores sunt, quani vt ip
si cibum sibi parent, vnde adhuc implumes a parētibus suis enutritur, Sed ab ea pa
rentum cura coruorū pulli destituti, attamen ab illis non curatum permanet coruo
rum genus, Vnde Dauid diuinam nobis misericordiam subinde commōstrans, eo
rum educationem deo ascribit, Expositis enim ad aerem vtpote a parentibus negle
ctis, obuolitant animacula quædam, diuina prouidentia suppedita, quæ captantes
coruosi pulli illi, crescunt & aluntur, Vnde dicit. Et pullis coruorum iuocantibus eum, Proinde
quā alā per patres illos filiorum suorū osores, apud Eliam, qui Iudæis, vt filij s malæ frugis
succensebat, deus intercedit, quasi ad eum silenter ita diceret, Ne tanto Iudæorum
filiorum tuorum odio teneare, quanto erga pullos suos corui, Et ecce illi nunc con
uersi sunt, vide vel eorum misericordiam, Qui natura pullis sunt imisericordes & in
de ppa trocat peccato ribus.

D norē do, ita & illorum qui affligūtur misereri velim, & Eliā deo, nondum credente,
secundo reuocatur alumni corui beneficium, & alia reconciliandi via queritur, nempe vt fa
cilitat cogit mevictus, sententiam ipse soluere cogatur, Verum ille coruorum ministerio destitu
de Eliā tus, nihil mitior inediā etiam ipse sustinuit & iquit. Non ingratū est, quod fame
misera crucior, tantum vt impios puniri videam, pereat etiam corpus meum, cum his qui
fame affligūtur. Itaq; cum deficiente per coruos alimoniam transiret multum temp
Quare ris iterum corripitur Elias, & in alium transire locum iubetur, vt famelic⁹ ipse, fame
adethni licet viduę, quę & ethnica erat supplex esset, Quod hoc concilio dominus fecit, Nā
cāmitti turelias cum iudeis interdictū sit habere commerciū cum Gentilibus, volens eum ad miseri
cordiam prouocare, predixit ei futurū, vt a muliere Gentili & vidua pascatur, Quo
mox vt audiret Gentilis nomē ab alimento ab ea sumēdo abhorret, & vel sic deū
dua elia pro effundēdo hambre imploraret, Surge inquit, hinc, & vade in Sarepta Sidonio
agnouit rum, vt precipiam illi mulier viduę ac Gentilivt te pascat, ille autem neq; ad hanc
vnde devi vocem mitior factus, cucurrit an ethnica mulieris alimoniam, iam quod maius est,
excitat deus viduam, vt esurienti verba aspera loquatur, ita vnde equaque ipsum ad be
nignitatē compellens. Et quidnam, inquit, mulier ethnica ad illum: Viuit ait domi
nus deus tuus & vnde mulierculæ Gentili hæc vox vt dicat. Preuenerat deus & ei per

visionem prophetā ostendit. Hoc enim est, quod deus prophetæ dicit. Præcipiam illic viduæ vt te pascat. Ostēderat enim deus mulierī figuram, formā, ætatem, & futuram petitionem prophetæ. Vnde ipsa reuelationis diuinæ conscientia, statim vt aduenit propheta, & cibum poposcit clamabat. Viuit dominus deus tuus. Non est mihi subcinericus panis, nisi quantū pugillus farinæ in hydrā, & parū olei in amphora/ vt cum intrauerō, faciam illum mihi & pueris meis, vt comedam⁹ & moriamur. Nī hil enim nobis inquit, residuū quam mors, vbī pugillum hunc farinæ insumpserim⁹ Ad hāc tandem vocē affici aliquo modo cœpit Elías. Et in maiori angustia est hæc inquit, quā ego sum. Ego solus esurio, illa cum puerō fame laborat, non sim hospiti mortis author. Quid tum? Ad hanc vocem relaxatur seueritas eius. Incipit mitescit Elias, & intra se misericordiā exercere. Dicit. Non deficiet oleum cadī, neq; farina hydræ, donec det dominus pluuiam super terram. Iam tandem submeminit hymbris dandi. Antequā fame domaretur, misericordiā in danda pluuiā deo permettere nob̄ lebat dicens, Non erūt tribus annis pluuiā vel ros super terram, nisi iuxta verba oris mei. Nunc autem permittit, & soluendo iuramento præludit, & submeminit quidem petitionē tamē nondū adhibet. Quid igitur misericordiæ fons ad hęc? Tertiā ei misericordiæ machinā admouet, præcipiens animā pueri viduę e corpore migrare. Sal uus manet prophetæ honor, benedictio nō soluitur /hydrā & cadus non deficiunt. Atq; adeo hinc magna misericordiæ necessitate propheta constringitur. Erat enī modū. Eapropter deus benedictionē quidem nō irritauit, pphetā autem tertia ma, chīna oppugnat. Faciens enim mori filium viduæ, in eam necessitatē induxit ppheta, vt se orare cogeretur. Nam vidua mortui pueri mater, lachrymabunda stabat apud pphetā, & dicebat. Vtinā pridē fame mortua essem, & ante hanc benedictiō nem emigrassem, & nō essem misera filii mortui spectatrix. Quo euētu cōfusus pro, pheta, Hæ sunt inquit viduæ hospitalitatis mercedes. Antequā me in domū suam suscepit, erat ei proles, posteaquā autem me suscepit, dilectum filium mortuum plan git & lamentatur. Hoc euentu dixi, confusus ppheta, & apud seipsum expendens factū, sensit opus domini, sensit technas diuinās, & exclamabat, Heu mihi, domine testis viduæ apud quam ego habito. Quid autem est, quod hic vult dicere? Habeo inquit, domine penes me testimoniu tuum de muliere hac, Tu enī dixisti, Præcipiā mulierī viduæ, vt te alat, testificans mulieris piam voluntatē. Ad hanc ex illis melo- cis hoc transire fecisti, & quam prius testimonii tui honore dignatus es prosequi, eā nunc filij morte punis. Heu mihi, domine testis viduę apud quam ego habito, tu o- cidiisti filium eius. Non est mors illa, naturæ euentus tuum opus est, tuæ technæ, qui bus me in misericordiæ necessitatē adigis, vt si dicere tibi voluero. Domine misere te filio viduæ mortuo, tu mihi ex aduerso respōdeas, Miserere filio meo Israel. Ad misericordiā me compellis. Sētio artes tuas. Hoc agis domine, vt si dixerō tibi. Sal ua filium viduæ mortuū. Tu mihi ex aduerso respondeas, Filium meum Israel tu fa me occisum misericordia dignare. Petis a me gratiam, petitur vīcīssim & a te gratia, Solue famis sententiā, & soluam mortis calculum. Postquā igitur vidit deus Eliam bene domitū & aliquando misericordiō redditum, tandem & ipse misericordio- res cum eo confert sermones. Neq; enim soluisse vltionem, ultra iniuria erat, Profi- cisci, inquit. Verba legationis dei sunt, Deus ipse per semetipsum de misericordia apud seruum legationis munus obit, & intercedit, Proficisci, inquit, quia factus es misericordior, declara, quā misericordes sint sermones tui. Quia me agnouisti, age

A

mitescit
Elias,Tertio
coagit
de⁹ eliā
reatur.Expo-
stulatio
viduę
cū Elia
latio
Elie cū
deo.

B

Agno-
scitelia
dei fa-
ctum.

DIVII OANNIS CHRISOSTOMI PSEGNATVM LIBER.

D & ego parturio misericordiā, audias post hac de ea re me manifestius. Parturio vindicta
et solutionē, vrgeo ut reconcilietur, reuereor lachrymas eorum qui puniūtur. Omnes peccatores, o propheta, misericordiæ meæ chirographū habent, Ne mendacitatem
apud illos me arguifeceris. Audi autem & ipse chirographi vocem, quā certe & ipse
chirographū nosti. Nolo mortē peccatoris, sed ut cōuertatur & viuat. Arrigit ad hæc aures Eliae
dei pro & animā his quæ a deo dicebantur accōmodat. Proficiscere iquit, & cōpare apud
peccato Achab. Recōciliari eis volo, sed absq; te nō reconciliabor, tu gratiā illis prebe, qui
nunc castigantur. Ego clam apud te pro illis intercedo, tu autem manifestus amici-
tię refactae sis author, Vade & compare apud Achab, & dabo pluuiā super terrā, tu
concilia, tu significa, tu pluuiam cōcessam pronuncia, & æde, ego autem tuis senten-
tijs subscribam, Currat igitur volens & nolens, & hymbres futuros prædicat. Verū
impietatem eorum adhuc videntes, iterum tristem quandam in eos meditabatur senten-
tiā. Et quid tunc ad ea deus? Videntes partinacē Elię animū, adhuc a misericordia ab-
horrentem, a peccatoribus ipsum segregat. Ego dicit, scio zelum tuum, grata est mihi
anima tua. Verum interim & peccatoribus misericors sum / cum supra modū pu-
niūtur, tu vero valde seuerus es pietatis exquisitor, Vnde, quia peccatores ob zelini
mietatē ferre non vales, ascende quasi in cœlum, ego autem in terra peregrinus ero,
Nam si diutib⁹ manēdū in terris, propediem humanū genus, quod ate cōtinuo ple-
titur, aboleretur. Dein trāsi in cœlos o Elia. Non potest cohabitare ignis calamo
Impeccabiles contuberniones posthac habiturus es, inter angelorum choros habi-
tare te faciam, ego autem cum peccatoribus peregrinabor, qui in humeris ouem er-
raticā baiulare possum, qui clamo peccatoribus omnibus. Venite ad me omnes qui
laboratis, ego nō puniō vos, sed requiescere vos faciā. Illi sit gloria in secula. Amen.

PSEGMA TVM QVORVN DAM DIVI CHRY- SOSTOMI, A IOANNE OECOLAMPAD- DIO IAM PRIMVM VERSORVM FINIS.

PARRHISIIS APVD PETRVM GRO-
MORSVM, EXPENSIS VERO IO-
ANNIS PARVI, MEN-
SE SEPTEMBRI
.M.D.XXIII.

THEODORI GAZAE THES SALONICENSIS AD
 ALPHONSVM REGEM PRAEFA TIO IN ORA
 TIONES DE INCOMPREHENSIBILI DEI
 NATVRA DIVI IOANNIS CHRYSO-
 STOMI, QVAS E GRAECO IN
 LATINVM VERTIT.

VNDEM regem, & pontificem olim fuisse accepimus, diue Alphonse rex inclyte, tanquam regis officio is fungi non posset, qui minus iura & rationes rerum sacrarum teneret, quas nosse pontificis certe interest. Romanii itaq; tui, gens armis præstantior ceteris omnibus ingenio autem doctrina, & deorum cultu facile cum Græcis etiam conferenda, homines præditos sacerdotio potius Reipublice præesse censuere, & vehementius de summo pontifice, quam de consulatu solebant contendere. Quippe qui ita se dignius rempublicam regere credi posse arbitrarentur, si profiteri cognitionem patris quoq; diuinę viderentur. Græcis item hominibus hæc eadem opinio semper & probata, & summo in studio habita est. Vnde apud Athenienses inter nouos illos, & primarios magistratus regia dignitate præditus is enumerabatur, qui dearum Cereris, & Proserpinæ ministerijs, & Mineruę ludis præsset, & sacra urbis præcipua faceret, ad quem causa vel impietatis, vel sacerdotij, vel cuiusvis de religione controversia deferretur, qui iura matrimoniorum discerneret, & unus ex principum numero, cū sancto Areopagitano senatu de homicidiis iudicaret. Ad hæc Iudeorum genti, cuius nobilitatem Iosephus cognomine Flavius insignis autor, duobus libris quos contra Appianum Grammaticum scripserat, late ac per pulchre aperuit, id fuisse in more certum est, quā diu reges tales siue diuinis, siue optimo iudicio hominum crearentur, ut reipublice bona & seruaretur, & augerentur. Aegyptios præterea, quos bonarum artium, & religionis studium singulare nobilitat, atq; etiam Persas, Medos, Indos gentes nominis magni, suos reges vel ex sacerdotum ordine facere, vel maxima familiaritate sacerdotibus deuinctos habere solitos legimus. Ita omnes quasi duce natura regerentur, regem, quem peritū esse rerum humanarum oportere censerent, eundem haudquaquam diuinorum esse ignorantum patiebantur, & vt gens queq; magis ad rempublicam probam & laudabilem accederet, ita diligentius id seruauit semper & coluit. Verum hac nostra ætate, sic institutum videlicet a primis Christianæ religionis temporibus usq; habetur, ut non idem & reges sint, & potifexes. Credo ob eam potissimum causam quoniam agi facilius posse existimabant, si duo quidem, quorum alter rebus humanis, alter diuinis præsset, crearentur. Quam ob rem & sive terque tam rex, quam pontifex sine altero exequi officij quidem sui ratione autoritateq; posset vices rei tum diuinæ, tum humanæ, tamen digestum in duas personas est, Vnde fit ut rex sepius res sacras si, bivendicare iure suo existimet, & pontifex non alienam adire prouinciam arbitretur si quando rem attinentem ad regem sibi attribuat, quod ceterorum quoq; officiis collegis usuuenire cōspicuum est. Cederetn & rex potifex debet, & regi potifex, & alter seruari ab altero, q̄tū destitutū delegatūq; a maioribus est, oportere existimamus. Quod etsi rex minus diuinam rem facit, minus que iudex constitutus est rerum sacrarū, quas ecclesia suo vocabulo spirituales appellat, tamen rationes nosse earum rerum, & quemadmodum agi singula Christianæ religionis debeat, minimi me ignorare pulchrum proculdubio est, & Maiestati regiae consentaneum, Quos circa tu, ut semper hoc ita eēiudicasti, ita semper dedisti operā, ne qd desit, quo te re

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PRAEFATIO

gem minus perfectum ab solutumq; ageres, atq; ita effectum est, vt te cæteris nostræ ætatis regibus elegantiorem, & plane cum illis, quorum memoriā & laudem seruā secula, comparandum omnes & censemus & prædicemus, ac nisi mentiri quis ve lit, & verba contra quam sentit facere (quod nō hominis grauis & veri, sed assentatoris est) te quisque adeo religione & rerum diuinarum scientia cæteris principib; antecellere affirmauerit, vt non cui te comparet, querat, sed cui vnius exemplo cæ teros omnes ad eam ipsam preclaram virtutem hortetur & moneat. Quis enim ex tot terrarum orbis principibus te pietate insignior? quis diuinī cultus obseruantior quis vel ordinem sacerdotum sibi deuinxit familiarius, vel plura suæ pietatis reliqt monumenta? Quis autem acutius de rebus diuinis aut subtili potest differere? Cæ teri prorsus vel eo tenentur errore, vt putent parum attinere ad principem rerum diuinarum cognitionem, vel enim eā probaret, studerētq; ad ipsi sc̄i voluntate quidem proxime accesserunt ad laudem, sed doctrina atq; ingenio tanto te existunt inferiores, vt non minus theologi princeps quam facultatis, & copiæ rerum ciuilium iure inter principes habearis & nomineris. Sed cur præ cæteris principibus te consyderes quando ne hominibus priuatiss, qui in hoc vno stadio versant, amplius queq; su peresse quam tibi præcipim? Quotiens Narcissus Verdunensis & vir & theologus singularis argumentis, quibus vel respondisses, vel obiecisses, recitatis in frequenti omnium doctorum conuentu ratione demonstrauit euidentissima ita esse, vt quiccum ita disputatione, non regiae maiestati, sed exquisitæ tuæ doctrinæ viribus cedant, & victorem te inuiti interdum confiteantur. Quotiens eiusdem scientiæ professores alij vltro, sed animo inuito, vt verbo Homeri utrū expertos in se fuisse fateri, qđ modo Narcissum doctorem sæpenumero explicasse retulí vidimus. Ita fit vt maiorem in modum tuum admireremur ingenium, quo præter cæteras virtutes singularias quas tam multas complexus mirifice es. Theologiam tam pulchre consequi potuisti, quæ res & si honestissima & grauiissima est, tamen obpercipiendi difficultatem vix a paucissimis q̄ritur. Ita merito unus tu vehementissimelaudaris ab hoīe probato & laudato Bessarione Pontico Romanæ ecclesiæ Cardinali, quem desyderium tui visendi Neapolim ad te duxit, ac mensem iam quartum tenet apud te summa cum delectatione laude & admiratione tuarum virtutum & operum. Laudat hic sapientis vir & religionibus venerandus te regem & sapientem, & religionis tum cultorem, tum defensorem egregium bona animi tui commendat homo, cui certe omnium consensu contigit, vt literarum Græcarum sit facile princeps, Latinarum autem tantum teneat, quantum nemo adhuc Græcorum consequi potuit, effert summis laudibus prudentiam/ingenium/doctrinam/mores/denique præstantiam tuu animi. Vir qui præ sui animi magnitudine admodum paucos solet laudare, te tamen ita is admiratur, exosculatur, & complectitur animo, vt vix possit abs te discedere Ostendit hic porro quantituam doctrinam faceret, cum libros, quos Aristoteles nobilis philosophus de rebus diuinis inscriptos Metaphysica edidit, hos diligentissime tibi in latinum cōuertisset sermonem: ac tuo dicasset nomini, vt quos ille Ale xandro regi sapienti per quam gratos composuit, ijs dem te interprætati mitterentur regem Theologum, ac longe rebus diuinis edocitorem, quam de rege Alexandro coniectari ex ijs quæ accepimus, liceat, Te igitur religionis obseruantissimum & Christianæ doctrinæ studiosissimum regem, si operibus non modo, quæ ad rem attinent militarem, verum etiam quæ summae religionis sunt, adire censemus, non inepte id agimus, nec ea offerre videmur, quæ minus te oblectent, & moueant. Quā ob rem post Mauritij illos de re militarib; libros, quos anno superiori obtuli tibi, vt

DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATVRA. FO.LX.

iudicí peritissimo eorū , quæ imperator ille & gessit & scripsit . has de incōphēsibili dei natura orationes quinque , Ioannis Antiochēsis cognomine Chrysostomi doctoris ecclesiæ singularis conuerti , & legēdas ppter ea tibi obtuli , vt vel ex hac mea interptatiōe & ingenī , & dīcēdi copiam eius doctoris perciperes , & te sacro sermone vt soles , oblectares . Fuit is certe facundior ceteris christianaæ religionis doctoribus , & copiosior . Et quanq̄ more ecclesiæ vel in grauitate sermonis , vel in exquisito Atticæ linguae vsu negligenter , aut Gregorio , aut Basilio eiusdem professōribus & prēdicatoribus christianæ religionis , tū in exponēdis sacris codicibus , tū magna utilitate populi , ad dilatandum argumentum , ad amplificandam sententiā , ad exemplorum copiam , ad facilem , & omnino accommodatam tum ad populi aures , tum ad religionis præcepta elocutionem ad memoriam omnium , quæ officium doctoris Christiani requirit . Hic meo iudicio anteponendus est ceteris , nec es se arbitror quem piam , qui si modo quæ is græce differuit , assequatur , aliter sentiat . Vnde hiciure optimo cognomen id Chrysostomi meruit , ab oris aureo flumine , quod idem datum est Prusciensi Dionī , sed eo dignius Ioanni nostro , quo longe hic plura , & ad hominum vitam moresq; vtiliora , quam Prusciensis ille scripsit , prædicauit , & docuit . Constat hunc eiusdem claruisse temporibus , quibus Archadius Theodosij imperatoris gentilis , cuius filius tum armis , tum pietate , ingenio , & literarum bonarum studio sese exhibuit singularem , tantaque apud eū ipsum imperatorem autoritate & gratia valuisse , vt & suos ciues Antiochenes homines parum quietos , & plus sibi libertatis sumētes , quam Romanum pateretur imperium , ab ira capitaliū imperatoris s̄æpe liberarit , vniuersamque ipse vnu seruauerit ciuitatem , ne pœnas grauissimas lueret . Et ecclesiæ Constantinopolitanæ patriarcha p̄fuerit , quæ dignitas proxima in sacro ordine a summo pontifice habetur . Vixit tāta probitate morum & sanctimonia illustris , vt nomen sancti acceperit ea vice , qua autheroa , aut certe diuini homines superioris religionis nominarent eum , qui virtute quadam excelluisset heroica , mirumque in modū generi mortalium profuisset . Huius itaq; orationes , quas homiliae ipse a cōuersatione , & suæ doctrinæ communicatione inscripsit , vt hominis sancti & docti & eloquentis , & cui Archadij imperatoris familiaris leges , cum ocliosior fueris , eris autem eo citius , quo plus apud tē religionis charitas , q̄ ciuale negocium valet .

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE INCOM= PREHENSIBILI DEI NATVRA, CON TRA ANOMAEOS, ABSENTE EPISCOPO, HOMI. I, THEODORO GAZA INTERPRETE

Vid hoc sit fratres charissimi , pastor abest , & tñ oues suum cū diligētia seruant ordinē , video . Profecto boni illius pastoris id quoq; officium est , vt non mō illo pñte , verū etiā absente ouile studiū oē adhibeat ne qd temere agatur . Brutorū greges si quis educat , nō absit , manere intra septa necesse est , vel si sine pastore p̄derit , passim oberrat & vagatur . At intervlos nihil eiusmodi video euenire , sed etiā cum pastor abest , vos consueta pascua petitis cum ordine & decore . Verum vt melius loquar , pastor & ipse adest mente & animo , quanquam corpore abest , nemo id abesse dixerit , cum ordinem nostrum & modestiam contempletur , tametsi minus corpo-

Hij

DIVIIOANNIS CHRISOSTOMI HOMI.II.

reā eius faciē cernit. Quā ob rē eo magis, magisq; illū laudo & mīror, qđ tñ nobis
 īponere studij, virtutis, veræ q; religiōis potuerit. Nā & copiarū īmpatorē ita p=
 cipue cōmēdamus, si eo nō solū pñte, sed etiā absente milites suū ordinē seruāt, &
 tuen̄. Quod idē Paulus a suis petebat dīscipulis, cū diceret, Itaq; charissimī sic sem
 per obtēp̄ astis, nō ī pñtia mea solū, sed multo magis in mea substātia. Cur multo
 āpli' ī absētia, q;cū pastor adest? Sí lup⁹ gregē iuadit, repellit facile pōt & fugari. At
 cū abest, graui' pīculū īmīnet, cū nemo sit q; defendat & seruet. Adde qđ pastor cū
 adest, mercedē studij ac īdūstrie cū eo ī pō ouili, qđ custodit regit q; pti. Cū aut̄ ab
 est, totū suū officiū, munusq; virtutis ab ī pō ouili pīficii ītelligēdū ē. Hæc eadem
 vīabsens ille hūanissim⁹ maḡ & pī, vīcū q; gētītū sit, vos vīmq; cōuētū & ordinē
 cogitat, & cōplectiātō, neq; tā quos sibi habet pñtes, q; vos absentes cernit, atq; in
 tuet. Noui illius summū amorē, noui charitatis feruorē īsupabilē, quē penitus ra-
 dice īnixū viuacissima aīo cōtinet, & singlari studio colit. Quippe q; certe sciat cha-
 ritatē īp am caput eē bonorū oīm / & radicē / fontē / & parētē, atq; ea vna absente, ce-
 tera vobis nullū fructū afferre, nullā pīstare posse vtilitatē. Nec eī dīscipulorū dñi ē
 magn⁹ seruorū dei character iudicīū. In hoc, īqt, oēs cognoscēt, qđ mei dīscipuli
 est s. In quo? nū ī eo, vt mortuos fuscitēt, vt leprosos purgēt, aut dēmonia expellat
 Minime īqt. Sed illa missa faciēs oīa, ī hoc vno dicit, oēs cognoscēt, qđ mei dīscipuli
 estis, si charitatē adiūcē habueritis. Nā illa vni supnæ grāx mūera sūt, hoc hu-
 mani studij ē officiū, aīm aut̄ pbū & gñosū, nā tā ea, q; deus pībuerit, mūeraq; suo
 rū laborū officia cōsueuerūt. Quapropter Christus nō signis, sed a charitate suos
 cognosci dīsciplos asserit. Hęc eī si adest, nulla pīs deest philosophiæ, sed iteger-
 rīma pīfectissima q; virtutis rō hētūr, quēadmodū certe laborū exp̄ te eē necesse est
 oīm, cui hæc deest. Quocirca & Paulus eā cōmēdat, & verbis magnopē extollit,
 quis eius dignitatē nemo satis attīgere q;at. Quid eī ea eē possit cōdignū, q; pphē-
 tas, legēq; vniuersā cōtinet, sine q; nō fides, nō scia, nō sacramētīrō, nō ī pī mar-
 tyriū, nō qcqd dīixeris, aliđ seruare hoīem valeat! Nā si tradīdero, īqt, corpus meū
 ita vt ardeā charitatē nō habuero, nihil mihi pīdest. I dēitē cū sūmū bonī, & caput
 bonorū oīm charitatē eē oñdere vellet, sic retulit. Siue pphetiē euacuabūt, siue lin-
 guę cessabūt, siue scia destruet, manet aut̄ fides spes / & charitas. Sed q;stio ex ijs q
 de charitate pposui, orīt nō meo iudicio negligēda, pphetiā eī euacuari, & liguas
 cessare nīl mirū ē, qñ hæc mīra vbi suū vslū ad tps nobis pīstītere, deīn cessarēt, nihil
 detrimēti nīrē iferre possent rōni. Iā pphetiā nulla ē, nullū linguarū munus, & tñ
 rō pietatis nīhilo īpedita ē. At si scia cessat, ābigēdū q;redūq; ē, an qcqd hoīs restet
 Cū eī dīxisset siue pphetiā euacuabūt, siue linguę cessabunt, adiūxit siue scia de-
 struet. Qđ si scia aliqñ cessauerit, res nīra nō ad melius, vt sp̄amus, sed ī deterius de-
 duceat. Nā siue scia id quoq; vt hoīes simus, amītemus. Deū eī metue, īqt, & man-
 data eius custodi, qm̄ hoc qsq; hō est. Quod si hō nō aliud sit, q; deū tiere. tīor autē
 īp̄ius deī nō nīsi ex scia pīdeat, scia itē destruet, vt Paulus autor ē, aliqñ nīra oīa amī-
 temus, & scia priuatī oīno peribimus, & nulla ex parte melius, īmo multo ex rebus
 vilius q; aīalīa bruta euademos. Hoc eī re vna pīstamus, cū ī cæteris oībus corpo-
 reis lōge admodū a natura brutorū superemur. Quid īgitur sit, quod Paulus dicat,
 & qua de re ita asserat, vt scia destruatur? Nō de perfecta & vniuersalī scia disputat
 sed particulari & īperfecta, pīfectūq; nīm ī meliora destructionē voluit noiare, vī
 delicet nostra particulari scientia ita destrcta, vt non pītēra particularē perfectā
 & vniuersalē habeamus. Vt enim puerilis destrui solet, non deleta substātia & natu-
 rapueri, sed tēpore aucto & ipsius ætatis pīcessu euētuq; ī virum perfectum, sic in

DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATVRA, Fo. LXII

ea scia posse fieri intelligere debemus. Parua hęc scia iqt. Nō ppter ea erit pua, sed a plitudinē in posterū capiet, magnaq; efficiet, hoc sub illo vocabulo destruet, itel ligit qđ clarius ip̄e suis frequētibus verbis explicauit. Ut em̄ cum audires sciām destrui, nō posses ferre destructionē cuiusq; sciā, sed incremētum potius, & sciēdi pfectum in meliora, addit, Ex parte em̄ cognoscimus, & ex parte ppheta mus. Cū autē venerit qđ pfectū est, tunc euacuabit qđ ex pte est, Ut nō præterea sit hoc ex pte sed pfectū, ergo iperfectio eius destruit, ne præterea sit iperfectū, sed perfectū esse incipiat, destructio igitur ista accumulatio est, & ad maiora accessio. At velim, vt aduertas diligentia Pauli, non em̄ partē cognoscimus dicit, sed ex parte cognoscimus, hoc ē partis partē tenemus. Sed q̄tū restet & vtrū maiorē an minorē partē teneamus. Ergo vt te partē minorē tenere intelligas, nec quēlibet minorē, sed centē simam aut millesimā, accipe quæ sequunt̄, vel potius anteq; verba apostoli recitē, exemplū referā, quo exprimēt, quod fieri potest exēplo, q̄tū restet, q̄tumq; sit, qđ impræsentia fū tenemus. Quæris q̄tum differētiæ sit inter pñtem sciām & futuram Quantum inter virum perfectum sit, & lactentē puerum, tāto scia pñte aprior est, & præstantior. Quod ita eē, a Paulo itē accipe, qui cum dixisset, ex parte cognoscimus, velletq; explicare quanta ex parte, & q̄ exiguum esset id quod tenemus, addit Cum essem paruulus / loquebar vt paruulus / sapiebam vt paruulus / cogitabam vt paruulus, cum autem factus sum vir, euacuavi, quæ erant paruuli. Cum habitupar uuli præsentem scientiam comparat cum habitu viri perfecti futuram scientiam cōfert Nec dicit, cum essem puer, quoniā & qui decennis est, puer dicitur, sed cum essem paruulus, hoc est infans & lactens, & parentis desyderans vbera. Hunc cīn a scriptura vocari paruulum, accipe a psalmo, qui ita dicit. Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quoniā eleuata est magnificētiata super cælos. Ex ore paruulorum & lactentium perfecisti laudem. Vides iam paruulum accipi pro lactente vbique. Tum sp̄itu præsagiens sancto. hoīm postē rotū i pudētiā & temeritatē explicat, nec vno exēplo cōtētus, sed ēt scđo, & tertio idē affirmat. Quēadmodum em̄ Moyses cū ad Iudæos mitteret, triūsignorum demonstrationē accipiebat, vt si prio illi diffideret, secundo obtemperaret, aut si parū etiā arderent, secundo persuasi, & tertio eximium pphetam illum recipieret. Sic & Paulus tria proponit exēpla, primum ex paruulo, secundum ex speculo, tertium ex ænigmate. Nā posteaq; dixit. Cū essem paruulus, intulit. Vides autē nunc persculū. Secundū homo præsentis infirmitatis exemplū est, & imperfectæ scientiæ nostræ indicū. Tertio per ænigmatis obscuritatē idē declarat. Etcīn puertam etiā cōplura videt, audit, loquit̄, tamen nihil expresse, nihil dilucide aut videt, aut vidit, aut loquitur, & sapit quidem, sed nihil itegre. Itaq; more pueri ego quoq; & scio cōpluta, tamē modū eorū ignorō. Deūnāq; esse vbiq; totumq; esse quaq; in parte orbis terrarū noui, sed quemadmodū sit, nescio. Itē nō inceptū, nō genitū, sempiternū esse deum non ignorō, sed quo pacto ita sit, intelligere nequeo. Haud enim humana ratio potest capere, quēadmodū fieri potest, vt aliqua substātia sit, quæ neq; a se met ipsa, neq; aliū de suā originem habeat. Filium esse a patre deo immortali genitū noui, sed quēadmodū ignorō. Sp̄itū ex eo procedere scio, sed quemadmodum nescio. Vbi igitur illi sunt, qui se totā scientiā recepisse affirmāt, q̄ se in fauces summæ ignoratiæ præcipitarūt? Nā qui hoc in seculo totum sciendī modum se recepisse autemāt, in posterō priuatos sese omni sciētia cōstituūt, & miserrimos ac perditos esse patiuntur. Quippe cū ego, q̄ me ex parte cognoscere asseuerē, & hāc meamscientiam destrui aliquā debe refatear, in melius ac perfectius proficiscar, destru-

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIA.I.

Et a particularis scia, & accedete profectiore & pleniore, ille vero q se integerrimā profectis
 sumāq; tenere sciam arbitret, & tñ destrui eā aliquā debere cogat afferere, oī scia pri
 uatū destitutūq; in postero fore, nequaq; possit inficiari, quā eī nūc tenet, destruit
 & nulla reqritur profector, cū ea sit profectissima, vt ipse censet, quā hoc tpe obtinet.
 Videntis ne quēadmodū cū oēm in hoc sēculo sese habere sciam contēdat, neq; in
 hoc habeat quod intelligat, & in postero omni despoliati scia pessum eāt. Tā ma
 lūtā nepharū est, nō intra iustos se cōtinere līmites, quos prīcipio deus imortalis
 nobis descripsit & statuit. Sic Adā honorē quo erat prēdictus spe amplioris am̄isit.
 Sic hoīes cupidi, & quæstuī dediti s̄penūero cū plura maioraq; p̄sequerent, non
 mō nihil plus acqrere potuerūt, sed etiā q̄ habeat amiserūt, Sic etiā isti summæ sci
 entiæ autores cū se totū tenere arbitren̄t, p̄ te etiā quā possunt hēre, destrutū labun
 tur & corruūt. Quas ob res vos fratres charissimi hortor, & rogo caueatis, & insa
 niā illorū hoīm fugiat̄s. Contēdere cīn scire quid substatiæ deus sit, postremæ esse
 insaniæ iudico. Qđ vt melius intelliga, p̄phetaū sentētias afferā, quos nō solū qd
 substatiæ deus sit / ignorare videntur, sed etiā de sapiētia eius q̄ta sit plane ambige
 re, q̄q nō a sapiētia substatiæ est, sed ex substatiæ sapiētia. Verū cum eā p̄pheta q̄
 dē plene p̄cipere nō valeat, q̄tū iī insaniūt, qui substatiæ īpam suis obijcere rōnib⁹
 posse arbitrātur? Audiamus quid de ea Dauid dicat p̄pheta p̄clarus. Mirabilis fa
 cta est scientia tua ex me. Vel potius altius repetamus. Confitebor tibi, qm̄ terribili
 ter magnificatus es. Quid cū terribiliter dīcat, significat, multa sunt quælicet mira
 mur, tamen cū timore verbī gratia, Magnifica ædificia colūnarū / ornamēta parie
 tū picturas corporū / flores & elegantiā miramur. Itē maris vastitatē imēlosq; gur
 gites, sed nō sine metu, cū ei' īspicim⁹ altitudinē. Sic & p̄pheta cū vastum id imen
 sumq; diuīæ sapiētiæ mare īspiciat, vertiginē quasi tētat̄ itupescit, ac summo cū tio
 re demirās recedit, atq; exclamat. Cōfitebor tibi, qm̄ terribiliter magnificatus es, mira
 bilia op̄a tua. Ac rursus, Mirabilis facta ē scia tua ex me. Corrobodata ē, & nō po
 tero ad eā. Vide modestiā famuli, nota animi gratitudinē. Grās inqt, p̄pterea tibi
 ago qđ te dñm hēo īcōprehēsibilē. Nō de substatiæ agit hoc loco, illā eīm vtpote
 inter oēs cōstātē eē īcōphēsibilē omittit. Sed cū deū eē vbiq; cogitaret, hēc retu
 lit explicauitq; ne id qdē se ītelligere, quēadmodum fieri possit, vt deus vbiq; adsit.
 Hac de re eū illa dixisse, accipe ab his, q̄ adiūgit. Si ascendā ī cœlū, tu illic es, si de
 scēderoad īfernū, ades, vides ne q̄ p̄pheta, quēadmodū de⁹ vbiq; adsit, ītelligerene
 q̄at, sed abigat / hēreat / vacillet vna eius īp̄ius rei cogitatiōe. Quō igī fieri pōt, vt
 nō ad postremū insaniæ sint puecti, q̄ tñ ab illius grā absunt, q̄tū qd̄ īp̄a dei substati
 a sit, curiose q̄runt & p̄scrutant̄. Atq; hic ē ille p̄pheta, q̄ incerta inqt, & occulta
 sapiētiæ tuæ manifestasti mihi, verūt̄ q̄ occulta & īcerta diuīn̄ sapiētiæ p̄cepit, de
 hac eadē sapiētia refert, īmensa est, īcōprehensibilis est. Quippe q̄ magnus dñs di
 cat, & magna virtus eius, & sciētiæ eius nō est numerus, id est nulla est cōprehēsio.
 Heu tu quid aīs! Sapientia dei comprehendē a nobis potest! Nōne istud perspicua
 sit insania? Magnitudo eius nullo describitur fine, & tu substatiæ describere aedes,
 satisq; complecti animo posse opinaris. Hęc eadem cum Esaias p̄ suo nobilissime
 philosophiæ studio cōtēplaret, gnationē dicebat, eius quis enarrabit̄ non quis enar
 rat, sed quis enarrabit, vt omnē posteritēporis rationē secluderet. Cum itaq; Da
 uid dīcat. Mirabilis facta est scientia tua ex me. Esaias non ex se tantummodo inqt
 verumetiam ab omni natura humana secludi narrationem eiusmodi afferit. Sed vi
 deamus, an Paulus vas illud electionis cogno ierit, vtpote qui grā āpliore potiretur
 Omnino hic est, qui illa refert. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.

DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATVRA, Fo.LXII

Nec eo loco solum, sed etiā alibi, non de substantia, sed de sapientia ipse quoq; disserens ea, quae in prouidetia versetur, nō de illa vniuersali, qua angelis / archangelis, ac omnibus supnis virtutibus prouideat, sed de ea prouidetie parte, qua hoībus terre incolis cōsulitur, ac de eius ipsius parte. Nec tñ totā eā scrutaſt, qua sol orit, qua aīæ ūſpirant, / qua corpora effigiant, / qua mortales alunſt, qua diuersus mūdus cōtinetur, sed hæc oīa omittēs, & particulā quandā diuinæ prouidetie inquirēs, qua scilicet Iudæos neglexerit, gētes autē natos receperit, amplexus sit, & hanc ipsam particulam velut ad mare immēsum, & gurgitē p̄ræaltū inspiciens, cōturbatur, deficit & recedit, illico voce magna exclamat, O altitudo diuitiarū & sapientiæ & scientiæ dei q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius. Nō incōprehensibilia dicit, sed inscrutabilia, qđ si scrutationē nō patiātur, lōge minus p̄cipi possint & cōpre hēdi. Et inuestigabiles viæ eius. Iā vias eius inuestigabiles esse audis, & ipsum eē cōprehēsibile putas? Sed cur loquar de vijs? p̄mīa ip̄a, q̄ nos manent, cōprehēdi nō possunt. O culus eīn nō vidit neq; auris audiuīt neq; in cor hominis ascenderūt, quæ deus p̄parauīt his, qui diligunt eum. Et munus eius inenarrabile est. Gratias enim deo, inquit, pro inenarrabili eius dono, & pax eius omnem excedit intellectū. Quid aīs? iudicia inscrutabilia sunt viæ inuestigabiles, pax omnē excedit intellectū, donū inenarrabile, q̄ p̄parauit diligentibus se non ascenderūt in cor hominis, magnitudo finem non habet, scientia caret numero, oīa eius incomprehensibilia sunt, & cum ipse solus sit incomprehensibilis, q̄ ad tantā iſaniā possit accedere? Retineillū hereticū, noli sinere abi re, vrge acrius, quere quid in ijs Paulus referat, Ex parte cognoscimus. Nō id de substātia sed de dispērationibus dīci respondet, Omnino si de dispērationibus Paulus ita dixerit, longe amplius vīcius, q̄ si de substātia loq̄ref. Nā si dei dispensatio incōprehēsibilis, multo magis ipse deus incōprehēsibilis eē debeat. Verū nō de dispensationibus agi hoc loco, sed de ipsa dei substātia, accipe ex his que adduntur. Cum eīn proposuisset, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, adiunxit, nunc ex parte cognosco, tunc autē cognoscā sicut cognitus sum. Dic ergo a quo est cognitus, a deo ne, an a dispensationibus? A deo scilicet, deum igitur ipsum ex parte cognoscit, nō tñ ita ex parte, vt partē substātię nouerit, partē ignoret, cū de natura simplicissima sit, sed quod esse quidē deū p̄culdubio norit, qđ aut substātię sit omnino ignoret. Sapientē esse certo sit, quantū sapientia valeat, nescit. Magnū esse minime ignorat, sed quēadmodū & quæ sit eius magnitudo, intelligere nō potest. Vbiq; deū adeste exploratū habet, sed quēadmodū nescit. An prouideat / con tineat / regat / gubernet summa cum diligentia oīa, non dubitat, sed modū quo hēc agat, ignorat. Hac de causa ex pte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Sed iā si placet, dīmissis prophetis, & Paulo cōlū petamus & an in illa regiōe superiori iū aliqui sunt, qui dei substātię norunt, quāramus, quanquam si qui id scientes ibi cōperianſt, nihil īn potest deduci argumēti, nil eīn cōmune angelis cū hominibus est, cū tā magnū dīscrimē inter naturā corporeā sit, & incorporeā. Verū tamē de mus & concedamus, vt latissime intelligatur. Deū incōprehēsibilē eē, qñ ne ī cōlo quidē virtus aliqua sit creata, quæ norit diuinā substātiā. Audiamus igitur ange los ipsos, nō quod de diuīna substātia illi disputēt intersese, atq; disceptēt, sed quod glorificat / adorant / & modulos triumphales secretosq; assidue referunt summo cū timore. Alij gloriā in excelsis deo modulātur. Alij, hoc est seraphim, sanctus sanctus sanctus concinunt, & suos auertunt oculos, cum ne descēsum qđē & idulgētiā dei valeat tolerare. Ad hēc cherubim bñdicta gloria eius ex loco eius obseruātissime referūt, nō qđ locus alijs circa deū cōstet, sed qđ more hūano cōsueuimus dicere

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI HOMI.I.

 & vox sermonū ei⁹ & vox m̄ltitudis. Vidi at ego sol⁹ hāc visionē, porro viri q̄ erāt
 meū nō viderūt, sed terror nimi⁹ irruit sup eos, & fugerūt in absconditū, ego sol⁹ re-
 lic⁹ vidi, & nō remāsit i me fortitudo, sed sp̄es mea immutata ē i me & emarcuit, nec
 habui i me qc̄q. Qui ist d̄ sit. Sp̄es mea immutata ē & emarcuit. Fuit ille adolescēs
 corpore pulchro, fōra p̄q̄ venusta & liberali. Quē florē, quā elegātiā oris cū sūm⁹
 pñtiā diuinī āgeli pauor assūpsisset, pallorēq; iduxisset, & vult⁹ tristitiā, adeo ut p̄in
 q̄si aīam expirare videret, hac de cā dixit. Sp̄es mea immutata ē & emarcuit. Ut em⁹
 vbi auriga p̄terrīt hēnas amīlit, eq̄ p̄cīpites ferūt, & curr⁹ distract⁹ labefactatur, ac
 perit, sic p̄s̄ euēnire aio solitū ē, quotiēs magno occupaſt stupore, grauiq; metu de-
 tineſt, q̄ppe q̄ ictus expaudusq; suo desit officio, ac veluti q̄sdā hēnas suas actiones
 amīitat, mēbraq; ereptis s̄esib⁹ deferat, q̄ p̄tin⁹ amīso, quo cōtinēt & regūt, frigēt
 corrūt & labun⁹. Qđ Daniel quoq; tūc accidit. Quid āgel⁹ facit? Erigit hoiem
 sicq; alloq̄ Daniel vir defyderiorū itellige verba, q̄ ego loquor ad te, & sta i gradu
 tuo, nūc em⁹ inīss⁹ ad te sū. Ille surrexit tremebūd. Et cū āgel⁹ itē is ad eū farī īcepe-
 rit. Ex die quo posuisti cor tuū affligi i conspectū dei, exaudita sūt verba tua. & ego
 veni ppter sermones tuos, rursū frāgit̄, & exaniat̄ labit̄ i terrā. Qđ euēnire his q̄-
 bus aīus defici solet. Ut ei illi cū receperit se, erectiq; respexerit: aliq̄ diu rursū iter so-
 ciorū āplex, dū frigido i sp̄gūt rore deficiūt, resolutisq; membris collabun⁹, sic
 nobilis ille ppheta afficiebat, laborabat, occūbebat, aīus em⁹ metu vehemēti pcul-
 sus, cōspectusq; ipatiēs āgeli, minime lucē illā ferre idone⁹, sollicitabatur, & admo-
 dū cōturbat, cadebat, q̄s̄ se extrudere corpore veluti vīculis festiaret. Audiāt q̄ pri-
 cipē āgelorū pp̄esant, atq; examiant, Daniel quē venerat̄ leonū oculi sūt beluarū
 ferocissimaru. Daniel q̄ plusq̄ natura patere hūana efficere potuit, pñtiā āgeli sui
 cōserui ferre nequit, sed defectissim⁹ virib⁹, atq; exālatus iacuit. Sūt ei cōuersa, in-
 qt̄, itestina mea i visiōe mea, & nīhil i me sp̄us remāsit. Isti q̄ tā lōge ab illi⁹ iustissi-
 mi hoīs virtute absūt & iacēt & fōrdēt, i p̄am substātiā dei se se diligētissie nosse p-
 fitēt, q̄ sup̄ma & p̄iaē, q̄ millia āgelorū creauit, quorū vnū Daniel viderenō potu-
 it. Sed redeo ad id quod ppo sui explicādū, & q̄ superis quoq; virtutib⁹ deus q̄q̄ cō-
 scēdēs mīme cōspicaſt, oñdā. Cū em⁹ seraphi alis p̄ductis se le obuelāt, nulla p̄sus
 alia rō ē, q̄ lux q̄ iaccessibilē deū hitare p̄clare Paul⁹ retulit, nec seraphi solū re ipsa
 lucē ee iaccessibilē p̄dicāt, sed et̄ cherubī q̄ his sup̄iores virtutes ordinant̄. His em⁹
 p̄pe cōstare datū ē. Illæ sedē deo mīstrāt, ipse p̄ solio subditæ, nō qđ de⁹ sedile cō-
 syderet, sed vt nobilitatē virtutū earū itelligas & p̄stātiā. Audiāt iḡr alīu quoq; pphē-
 tā de his mō qđē diuerso, sed cogitatiōe eadē narratē, fctiñ ē verbū dñi ad Ezechī
 elē filiū Buzi sec⁹ fluuiū Thobar, hic quoq; ad Thobar fluuiū, quomō Daniel ad
 Tigrī diuinā rē accipit. Quotiēs ei de⁹ nō nīhil explicatur, suis famulis ē, extra vr-
 bētumltūq; hoīm ducit, & loco trāq̄llo cōstituit, quo null' reb⁹ q̄ se aut ocul⁹, aut
 aurib⁹ offerat, aīus īterpellat̄. Sed liber oīno, ac ociosus vacet eorū q̄ diuinit̄, ape-
 riāt cōtēplatiōi. Sed qđ se vīdisse enarrat̄ Ecce nubes veniebat̄ Aq̄alone, & splē-
 dorī eo, & ī medio silitudinē aīaliū quatuor. Hic aspectus eorum similitudo homi-

DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATVRA, Fo.LXIX.

nis i his, & q̄tuor facies viri, & quatuor alæ vni. Erat h̄is altitudo & aspectus horribilis & terga eorum plena oculi, i circuitu eorum q̄tuor, & si l̄tudo sup caput a alium firmans q̄si aspectus crystalli horribilis extetis sup capita eorum desup, & alis vnuq̄ d̄q; duab⁹ valebat corpus suum, & sup firmam entem quasi aspectus lapidis saphiri, si l̄tudo throni, & sup si l̄tudinem throni, si l̄tudo quasi aspectus hois desup. Et vidi quasi spemeles etri alubis ei⁹ & desup, & a lūbis ei⁹ vsq; deorsum vidi spēm quasi ignis splēdētis, velut aspectus arcus cū fuerit in nube in die pluviā. Post hoc cū vellet exprimere, nec a ppheta nec a virtutibus illis merā ipam substatiā recipi, illud addidit. Hæc visio si l̄tudis gliae dñi. Vides tā hic, q̄ ibi dei cōscēsū. Attīn virtutes ēt ip̄e suis pénis se= pe op̄iūt, vt pote q̄ facie detecta neq̄at cōtueri, q̄q̄ sapiētissimæ & purissimæ. Vñ id cōstat: Ex ipa noim rōne. Nā iō āgel⁹ d̄r, q̄a dei snias hoib⁹ āgellit, hoc ē nūciat. Et archāgel⁹ nūcupat, qd̄ āgelis archit, id ē ipat, siue p̄est. Sic illæ quoq; virtutes noia sortiūt, q̄ sapiētiā/puritatē, notā deniq; earū nobiliorē cōsignatissime īdicēt. Et quēadmodū āgelorū pīne naturæ eminētiā referunt: Gabriel q̄ppe vōlitās rep̄ta, nō qd̄ de⁹ pīnatos āgelos cōdidit, sed vt eū ex sup̄mo domicilio, & cœlesti collegio, ad terrā genus deuenisse hūanū itelligas. Sed i his quoq; de q̄bus agit, nihil pīne significat ali d̄, q̄ vires sublimes, atq; excelsas nature. Quo igit̄ mō pīnæ superiore naturæ cōditionē iterptant: Soliū requiē in his ip̄is dei designat, oculi p̄spica cēdei itelligētiā, p̄pīqtas solij, & hymnus assiduus ī omniū & vigilatiā docēt. Sic ēt ipa noia p̄tī sapiētiā, p̄tī puritatē, synceritatēq; declarat. Enī uero cherubin nūcupatio plenā accumulatāq; sciam exprimit. Seraphi vero a cādēte flagrāteq; ore nomē iuenerūt, Vides q̄ & puritatē, & sapiētiā noia explicēt. Qd̄ si virtutes tā explete scīæ cōpotes, ne cōscēsum qdē dei valeat tolerare, q̄tē sit amētiæ facinus q̄ so hoiem i q̄bus p̄ticularis qdā iest scīa. Paulo autore, q̄ ex pte cognoscimus ī qt, & p̄ speculū & ænigma, ea sibi p̄spīcua explorataq; hēri putare, q̄ ne illis qdē patere virtutibus liceat. Statuerā qdē nō mō cherubī ac seraphī, verūt p̄cipitatibus, p̄tātib⁹ & oī virtuti creatæ deū ēē icōphēsibilē explicare, sed aīm fessū īā senio vīm, nō tā corū q̄ p̄posui mltitudine q̄ horrore. Solet ei aīus pīj hois expauescere, quotiēs diu in sup̄ma illa versat cōtēplatiōe. Quāobrē age, aīm reuocemus de cālo, & solita re creemus exhortatiōe, q̄ vthoies q̄ eo morbo laborāt, cōualeſcant aliqui optemus. Nā si p̄agrotis, p̄ laboratib⁹ i argēti fodinis metallorū, p̄ seruētib⁹ durā seruitute p̄ agitatis spū malo, deū rogare p̄cipimur, q̄to magis p̄ his orare debeamus! Erronāq; ī p̄ietatis lōge grauior agitatiōe illa dēmonis ē, furorī etē illi agnosti pōt, ac vitū hoc oī caret purgādī rōne, nō lā veniā p̄tipetrare. Sed qm̄ mētionē oīonis p̄ agitatis fecim⁹, nō nihil ad vos quoq; frēs charissimī cēleo differēdū, quo morbiū p̄q̄ graue a cōuētu nō eijs cīā, p̄perā ei ac p̄absurde ageſ, si q̄ exteri tā accurate me demur hoib⁹, mēbra p̄pīa pessū ire patiamur. Qd̄ gen⁹ morbi istd̄ sit: Ingentē & pene inauditā hāc populi multitudinē, q̄ mō affluxit, tātaq; cū attētione sermonē audit meū, s̄a penūero tpe illo p̄horrēdo req̄slui, & tñ vñq̄ videre potui, atq; ita me vehemens cepit suspīriū, qd̄ cū ego dispuo vī cōseru⁹, studiū adhibetis, īgeniū cōtēditis, aīm alter alterū īpellit & iactat, vt ip̄e p̄pī adsit, freq̄ntes ad finēvsq; dicēdi patiētissie p̄seueratis. Cū aūtīp̄e Christ⁹ cōis magī & dñs, semet ī sacris mysterijs oīsurus ē, vacua desertaq; ecclīa reddit. Proh fidē hoīm christianorū. Quo pacto istae cōsequāt̄: Facit p̄fecto vīa ista siue desidia siue negligētia vt laudē studij auscultādi illi oīm amittatis. Quis ei nō tā vos, q̄ me dānet ac reprobet, cū fruētū oīm audiēdī delapsū cernat & vanidū? Nā si cū diligētia his q̄ docuissē attēdes ritis, facto palam studium faceretis vestrum, non verbis, tenus corde habere mons straretis. Sed quod statim cum audiūstis, disceditis, & fugam quasi vos hostis

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIA.III.

insectaretur arripitis, coniectari omnino licet nihil vos recepisse, & recōdisse animo utilitatis. Nā si que proposita sunt recōdita ī animis vestris seruarentur, prorsus vos Iain templo tenerent, & ad rem horribilem maiorem cum deuotione hortarentur, & mouerent. Nunc vero quasi fidicinam audiretis aliquam sic omni utilitate vacui, simul ac factus finis dicendi est, disceditis. Sed o frigidā excusationē excusandī, quam a cōpluribus reddi audio. Orare vel domī possumus dicūt, sed homiliā doctrinā q; audire nō nisi ī ecclesia possimus. Te homo decepis, & magno ī errore versaris. Nā si & domī quoq; datur orādi falcultas, tamē fieri non potest, vt domī tā bene ores, quā ī ecclesia, vbi tot patres, vbi clamor felicis societate exitus ad deum immortalem refertur, non pariter exoras cum solus dominum obsecras, atque tuis cum fratribus. Est enim ī hoc plus aliquid, videlicet concordia, conspiratio, copula amoris & charitatis, sacerdotum clamores, presunt enim ob eam rem sacerdotes vt populi orationes, quae infirmiores per se sunt, validiores illas complexae simul ī cœlū euehāt. Adde qđ nihil fructū capi ex homilia pōt, nisi oīo adiūgatur. Porro sermōi oīo debet āteire. Sic apostoli dicūt. Nos ī oratiōe, ac sermōis doctrinā pse uerabim. Sic Paul⁹ facit cū ī exordijs suarū epistolarū oret, vt perinde quasi lumē lucernae lux ipsa orationis tegat sermonem, ac dirīgat. Profecto si orare cum diligētia insuescaris, nihil est quod doctrinam tui conserui desyderes, cum ipse deus sine vlo interpretem entem tuam abunde luce afficiat. Quod si omnis oratio tātam vi habeat, longe magis eam, quae ore multorum proueniat, valere consentaneum est. Plus enim neruorum ī ea est, & multo audientia maior, quam ī domesticā illa, & priuata. Vnde id cōstet, Paulū ipsū dicētē audi, Qui ex tātis pīculis eripuit nos & eruit etiā speramus qđ adhuc eripiet, vobis quoq; ī orōne p nobis subuenientib⁹, vt dono ī vos collato, a multis p sonis gratiē agāt pro nobis. Sic etiā Petrus carcerē euasit. Oratio enī p eo ab ecclesia sedulo agebat ad deū. Quod si Petro ecclesiē oīo profuit, & columnam illam ac stabilem nostrā religionis carcere liberauit, cur eius vim tu contemnis & negligis? qua te possis purgare ratione? Deum quoq; dicētē audi, qđ populo cum benevolentia inuocante placetur, et parcat. Quippe qui se excusans apud Ionam prophetam fruticis augmento cucurbitae, verba ad hunc modum faciat, Tu doles super cucurbita, in qua non laborasti, neq; fecisti vt cresceret. Ego non parcam. Niniue ciuitati mēae magnae, in qua habitant plures, quam cētum vīnginti millia hominum. Non sine re amplum populū numerum proponit, sed vt intelligas plurimum eam pollere orationem, quae cum cōsensu agitur, et iugi concordia plurium hominum. Quod exemplo quoque rei humanæ libet explanare. Nam decem ante hos annos capti non nulli sunt, tyrannidem appetentes, cuius rei vos etiā meminisse arbitror. Fuit inter eos quidam dignitate ac principatu p̄aditus, qui cum damnatus capite ad supplicium duceretur, populus motus misericordia, vniuersus prætorem adiūt, & deprecandi communī opera efficere potuit, vt reus ille evenia nulla dignus liberaretur ab ira imperatoris. Quod si cum iram terreni imperatoris velitis extinguere, vniuersi cum liberis, & vxoribus festinatis, Cur qui tiens ad cœlestē illū imperatorem placandū, reddendumq; propitiūre pergitis, vt eius irę eximatis non vnum, vt tunc, nec duos, aut tres, aut centū, sed omnes orbis terrarū peccatores, oēs dæmone agitatos, a flagello liberetis diaboli, foris sedetis, nō vniuersi cōcurritis, & ecclesiā penetratis, vt deus vestrā reueritus, atq; exosculet⁹ concordiam, & illis poenam dimittat, & vobis peccata absoluat⁹. Si in negotijs necessariis non omni leone vehementius, disruptis omnibus vinculis, currículo is & te confess ad supplicationē communem, quā spem habere possis salutis nī ita facias?

DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATVRA. FO.LXX.

Tempore illo mihi frater charissime, non solum homines clamorem illum horribilem reddunt, sed etiam angeli domino genu flectunt, & archangeli rogant, habent sibi tenuis idoneum, habent sacram illam oblationem in fauore. Itaque ut homines ramos olearum gerentes mouere reges consueuerunt, eoque arboris genere misericordiam commemorabant, & humanitatem, sic angeli tunc pro ramis oleaginis corpus domini, nisi ipsum protendentes rogant, pro genere humano, quasi dicant. Pro his domine rogamus, quos tu adeo dilexisti, ut pro eorum salute morte obires, animam cruce efflares, pro his supplicamus, pro quibus ipse tuum largitus es sanguinem, pro his oramus pro quibus corpus hoc immolasti. Agitatos quoque ob eam rem diaconus tempore illo adducit, & iubet caput inclinare. Cum eos una cum fratribus orare non liceat, adducit eos, ut tu miseratus, & quia tam acerbe vexantur, & quia vocem reddere nequeunt, tua facultate ad eorum utarum defensionem & auxilium. His itaque magis magisque animaduersis fratres charissimi, omnes tempore illo in ecclesiam properemus, ut dominum ad misericordiam inuitemus, & tempestiu adiumentum gratiam contaremus. Probasti quae dixi, magno cum tumultu & plausu admonitionem recepisti, sed velim curam quoque adhibeat, ut facto vestra approbatio ostendatur. Iam non longum post tempus periculum faciam obtemperandi. Oratio excipere solet admonitionem. Evidem genus id probandi & commendandi cupio, atque postulatio, plausum illum desydero, quem non dicta, sed facta conficiat. Alter igitur alterum hortetur constare, quo nunc modo manetis, & si quis se moueat, reuertite, retinetem cum diligentia, ut duplum tam proprij studij, quam curae in fratres mercedem adepti, fidetius ac audentius supplicetis deo immortalis, benigno atque propitio, et consequivitatem felicitatem tum presentis, tum future possitis, gratia et humanitate domini nostri Iesu Christi, qui cum patre viuit, et regnat in unitate spiritus sancti in secula seculorum. Amen.

IOANNIS CHRYSOSTOMI DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATURA CONTRA ANTONIA MAEOS, HOMINIA QVAR TA,

SATIS iam esset fratres charissimi, si posteaquam nuper ostendimus deum incomprehensibilem esse hominibus, atque etiam cherubin & seraphin molestia hominum haereticorum leuati nihil ulterius moneremus, sed cum animus & studium sit, ut non solu ora aduersariorum comprimamus, sed etiam vos faciamus doctiores, eandem aggrediamur causam, & sermonem ulterius protrahendum censemus. Faciet enim mora, quam his in rebus traxerimus longiorem, ut & vos plura percipiatis, & ego palmam adipiscar splendidorem, dum si quid reliquiarum restet, id penitus excidendum delendumque persequeror. Nam herbas quoque vitiosas & noxias, non modo tondere per summa cespitum, subito enim radix repullulat, verum etiam stirpites ab ipso telluris gremio evellere, dispoliatasque sua humo solis ardori facilius macerandas exiccandasque expone, officium boni agricolae est. Age igitur coelum iterum sermone cogitationeq; petamus non tam ut curiose rem inquiramus diuinam, non ut plusquam satis sit indagemus, sed ut hominum, qui se ignorant, nec modum humanae naturae intelligere patiunt, contemnemus itepestiua queram, hic enim magna argumentadi copia. Non solu dei cōspectu,

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI HOMI.I.

sed etiam angelī intolerandū sanctissimo illi víro extitisse ostēdemus, totam vobis historiam recitabimus. Et sacerdos beatū Danielem posuimus ante oculos pallentē contremētem, nihilominus quā qui ex vita discedunt constantē, cū eius animus visculum corporis abrumpere festinaret, & liber supremū petere domicilium. Nā vt domestica & mansuetaquādā columba per tabulata spatiās ædium, si strepitū senserit, exterrita abuolat in tectū, & sublimē sese efferens, exitū sollicitē petit, pauoreq; leuari enītitur. Sic animus beati illius a corpore efferre, forasq; omni ex parte extrudere cogebatur. Et quidem exīset, abuolasset, corpus suum deseruisset, nisi cōtinuo angelus eum in īmo liberasset metu, ad suumq; reuocasset diuersorū. Hæc ob eam rem tunc latius disserebamus, vt illi re cognita, quantū inter angelum & hominē īnterest, perspecta q; cōserui præstantia emendarētur, atq; ita cessarēt sœuire in domīnum. Vt ideo iustissimus qui tantum apud deum valebat, conspectū non tulit angelī, qui vero tam ab illius virtute longe absunt, non angelū, sed ipsum dominū angelorum perquirunt atque examinant. Ille fericitatem leonū edomuit, nos ne vulpeculas quidem vincere possumus. Ille draconem cōmulsit, tam que pernitosam beluā superauit sua in deum familiaritate, nos minutissima reptilia pertimescimus. Ille regem more leonis sœuentem cohibuit, irā ille Nabuchodonosoris flāma omni rapiōrem in hostes ruentem statim, cum accessit, extinguere, & dispulsa caligine lucem cunctis restituere potuit. Verum tamē qui lucem præbuit illam, cum angelum dilucentē aspexisset, caligine graui occupatus, humili prostratus est. Quo igitur modo purgare sese habeant, qui beatam illam dei naturā perlustrare tentant, et explorare? Sed nos finem dicendi non in hisipsis cū fecimus, sed etiā ad sapiētissimas illas virtutes cēsuimus pergere, quas suos auertere oculos, pīnis se obuelare, cruribus cōstare erectis, clamorem assiduum reddere late ostendimus. Porro illæ virtutes paorem metumq; rebus omnibus suū vobis aperuerunt. Quo enim sapientiores sunt, ac proprius ad ineffabilem, & beatam illā accedunt substantiā, eo magis quā nos deum quam sit īcōprehensibilis norunt. Auget enim admirationē & metum sapientiae magnitudo. Dīximus item quid īacessibile est, quod eo plus est, quam īcōprehensibile, postquā īvestigatum est, īcōprehensibile esse cōstat, īacessibile autē īvestigandi quidem operam, aut vllū aditum recipit, quam ad rem similitudinē quoq; a mari petiuimus. Ad hæc Paulū non deum lucem esse īacessibilem dixisse retulimus, vt si domicilium dei īacessibile, longe magis ipse habitās deus īacessibilis esse intelligeretur. Quæ tam præclarus ille auctor scripsit, nō vt loco describat, deum, & spacio, sed vt amplissima argumenti copia doceret, quod deus īacessibilis, minimeq; intelligibilis. Adduximus alias quoq; virtutes, id est cherubin, super quas firmamētum, crystallum, throni similitudinē, speciem humanā, electrū, ignē, arcum ostendimus. Quæ cum ppheta enumerasset omnia adiūxit, Hec vīsio similitudinē gloriæ domini. Atq; ex his omnibus dei consensum ītolerabilē esse virtutibus superis explicauimus. Quæ modo nō vacantur censi repetenda, sed quoniā promissionis illius debitorem me esse scio, intelligere diligētius volo quantū exsoluerim, quantū restet. Sic aeris alieni boni ratiocinatores faciunt, afferūt tabellas in mediū, in quibus ratio computandi omnis notata est. Vnde cum quātum de summa suis rediderint creditoribus constiterit, reliquū exoluunt. Quorū exemplo ego quoq; memoriā vestri animi velut libellū aperiām, & sermone quasi digito quodā, parte quæ soluta iam est dogmatū demonstrata, pergam ad reliqua. Sed quid restet, an vt ostendamus non principatus, nō potestates, non dominationes, nō si qua creata virtus alia est, dei exquisitam capere cōprehensionem? Sunt enim vel aliæ virtutes

DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATVRA. FO.LXXI.

quarum ne nomina quidē nouimus. Anīma duerte hæreticorū amentiā quæso, ser uorū ipsorū noīa ignoram⁹, & tamē substatiā domini ipsius exquirūt, cōtēdūtq; cōprehendere. Sunt enim angelī, archangelī, throni, dominationes, p̄cipatus, & potestates, sed non hī ordines solū, sed innumera cœlestem regionem incolunt genera, nulla dicēdi facultas numerū potest exequi illorū. Vnde ne cōstet quæritis, plures hisce enumeratis virtutes esse, quarū nomina ignoramus. Paulus qui hec docuit id etiam dixit, cū de Christo in hunc modū scriberet, Cōstituit eum super omnem principatum, & potestatē, & virtutē, & dominationē, & omnē nomē quod nomina tur, nō solum in hoc seculo, sed etiā in futuro. Videtis quam sint aliqua facillimæ cognitionis nomina, hac de causa nō solum, quæ in hoc seculo nominātur, sed etiam in futuro, inquit. Verum quid mirum. si virtutes illæ exquisita careāt cōprehensione diuinæ substatiæ, id enim demōstrare nil ardui est. Sunt porro dispensationes eiusdem illius cōplures, quas nesciant p̄cipatus, idē & potestates, & dominationes. Quam ad rem testem religiosissimū item apostolum c̄itemus. Quippe cum verbis eiusdem plane ostendatur esse nō illas dispensationes, qua virtutes illæ nobiscū intellexere, cum omnino antequā nos intelligeremus, ignorarēt, nec modo vobiscū, verum per nos ipsos accepere. Quod alijs generationibus, inquit, nō est agnitus, sic nunc reuelatum est sanctis apostolis eius, & prophetis in sp̄itu, esse gentes cohædes, & concorporales, & conparticipes promissionis eius per euangeliū, cuius factus sum ego Paulus minister. Sed quo nā argumēto cōstat modo virtutes superas accepisse (quæ enim prop̄posita adhuc sunt, de hominib; procul dubio differuntur) audi, M̄hi omnium hominū minimo est data gratia hæc, euangelizare in gentibus inuestigabiles diuinitias Christi, Quid inuestigabile est? quod quærinō potest, quod non solum scrutari, sed inuestigare etiā nequeas. Audiant quemadmodū per crebra aduersum sese iacula a Paulo faciat. Nam si diuinitæ inuestigabiles sunt, quifieri potest, quin deus, qui largitus diuinitias est, inuestigabilis sit. Et illuminare omnes que sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo, qui creauit. vt manifestetur nunc principatibus, & potestatibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. Audis quem admodum nunc, non ante cognouerint hoc illæ virtutes, & recte quidē. Rem enim de qua apud imperatorem consulatur, miles nescit. Vt manifestetur principatibus & potestatibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. Vide quātum honoris in genū humanum deus immortalis contulerit nobiscū, & per nos virtutes supernæ regis summi secreta cognouerūt. Sed vnde nam pateat de cœlestibus illis dici? Nam et demones p̄cipatus & potestates solet appellare, velut cū dicit, Non est nobis collectatio aduersus sanguinē & carnē, sed aduersus principes, aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū seculi huīus. Nunquid ergo hoc etiā loco illud velit intelligi, videlicet dæmones rem minime tenuisse? Nequaquam, sed de illis virtutibus supernis loquitur, vbi enim principatibus, & potestatibus dixit, addit, in cœlestibus, ille enim principatum, & potestatū ordo cœlestis est, hic sub cœlo versatur. Sed ad debitum illud soluendū veniamus, hoc est ad demōstrandū nec principatus, nec potestates nouisse dei substatiā. Quis hæc dicit? nō item Paulus, aut ezechiel, atq; Esaías, sed vas aliud immaculatū, & sanctum, ipse tonitruī filius charissimus ille Christo Ioannes, qui ad pectus recubuit domini, atq; ab illo diuino fonte sacra sua flumina hausit. Quid hīc dicit? Deum nullus vñquā vidit. Vere tonitruī filius dictus, qui vocē tam illustrem, tā omni tuba clariorē reddidit, qui vt omnes cōtentiosi conturbaretur, & obmutescant, facit diligētissime. Sed scrupulū qui se obiciat, videamus. Quid aīs ioannes? deum nullus vñquā vidit? Ergo minime prophē-

DIVII OANNIS CHRISOSTOMI HOMIII.

tis credimus, quise se deum vidiisse inquiunt. Esaias enim, Vidi dominū, inquit, sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Daniel, Vsque quo throni positi sunt, & antiquus dierū sedebat. Micheas, Vidi dominū deum Israel sedentem super solium suum. A lius rursus propheta, Vidi dominū stantem super altare, & dixit mihi, Percute cardinem &c. Deniq; multa huiuscmodi testimonia possunt colligique cum ita sint, quā obrem Ioannes negat ita esse quēquam, qui deum viderit. Nullum vidiisse deum Ioannes inquit, vt exquisitam illā comprehensionē, & expressam cognitionem in nullo adhuc contigisse intelligas. Constat illacō sensum fuisse omnia, nec vidiisse quām illorum synceram ipsam substantiam, eo quod varie quisque viderit. Deus enim simplex omni concretione abiectus, nulla forma, aut figura effigiatus est. At vero illi omnes figuras viderunt varias quod idem deus per aliū item prophetam in sinuans, ac suadens, neminē scilicet exquisite ipsam suam vidisse substantiam, inquit, Ego visiones multiplicauī, & in manibus prophetarū assimilatus sum. Tum ex his, quæ deus Moysi denegat, cum enim ille videret deum sensu oculorum concupisceret. Is, Nemo videbit faciem meā & viuet, addidit. Liquidum itaque nobis hoc, & confessum habetur. Quamobrē non de natura humana solum sic ait, deum vñquam nullus vidiit, sed etiā de virtutib; superis. Proinde vni genitū allegat eius dogmatis præceptorem, & autorē. Ne quis enim vnde id constet obijceret, addidit, Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse exposuit, testem prorsus locupletissimū, & magistrū egregium suę opinionis allegat. Atqui si Moy ses id idē vellet designare, porro hic vacanter dixisset, Vnigenitus exposuit filius. Nam vel antequā Ioannes hęc tanquam ab vñigenito accepta referret, cōstaret ita esse verbis prophete, qui ex deo acceperat. verum quod plus aliquid, quam olim propositum fuisset, ipse nobis esset reuelaturus, videlicet ne virtutes quidē supernas posse deum videre, idcirco vñigenitum allegare magistrum voluit. Vñsum autē hoc loco pro cognitione positum arbitrare, haud enim pupillæ, & oculi, & genæ insunt in virtutib; illis supernis, sed quod visus in nobis est, idem in illis cognitio. Quapropter quotiens deū nullum vñquam vidiisse audis, illud intellige nullum esse, qui deū nouerit, qui deum cognoverit, qui substantiā dei exquisita ratione perceperit. Qui etiam cum de seraphin audis oculos auertisse, pinnas visui obduxisse, itemq; cherubin hoc idem fecisse, noli oculos habere illos existimare, corpori enim hęc forma peculiaris est, sed his ipsis humanæ, ac pinguis Minerue vocabulis cognitionē illarum designari tibi a propheta intellige. Cum itaque dicat, deum quamvis cōscendē tem mini me ferre illas virtutes potuisse, nil aliud docet, nisi eius cognitionē expressā amplam, integrā non potuisse recipere, neque ausas esse intueri syncerā illam perfectissimamq; substantiam, immo ne ad ipsum quidē eius concēsum satis aspirare. Hinc etiam euang elista certior, neque humanæ nature interesse rem tātam scire, neq; ipsis virtutib; superis deum esse comprehensibilem, ipsum a dextris eius sedente ac diligentissime rem scientem allegat. Huius opinionis autorem, nec filius tantū modo dixit, quāquam etiam satis si ita dixisset, ora impudētum hominū cōprime re, atque obdurare possemus. Ut enim Christi esse cōplures possunt, sed verus & precipius Christus vñus est, & multi quidē domini nominātur, vñus tamen domin⁹ per excellentiam est ac etiam dij plures dicuntur, at verus princepsq; deus vñus est. Sic multi quoque filij appellantur, verus tamen filius vñus est, & quidē ipsa articuli Græcæ lingua adiectio præcipuam & excellentem vñigeniti exprimere potest conditionem. Attamen non contētus his non fuerat, sed cum dixisset, deū nullus vñquam vidiit, iūxit, Vnigenitus filius, qui est in sinu patris ipse exposuit. Primum

DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATVRA, Fo.LXXII

vnigenitus dixit, deinde filius, quod cum enim propter nominis communitatem gloriam eius plerique minuant, vnum ex hoc vulgaris filiorum numero esse arbitrantes, nomine etenim filii commune omnium est. Hinc quod ei, præcipuum, & peculiare, ac nemine ceteris tribui potest hominibus, id est vnigenitus, anteposuit, ut ex hoc credas, vel commune illud non præterea esse commune, sed peculiare eius et proprium, nec vlli esse cæterorum numero, perinde ac ei conueniens. Atque ut dilucidius, quod doceo fiat, exponam latius, Filii nomen & hominibus datur, & Christo, sed nobis abusue, illi proprie, atvero vnigeniti nomen eius vnius est, nec vlli e ceteris vel proprie, vel abusue contingit. Utigitur ab ea, quæ nemini congruat, nisi ipsi vni appellatione, alteram quoque illam multitudinis propriam eius esse per excellentiam arbitraris, ea propter primum vnigenitus, post filius dicit, sed si minus haec tibi sufficientant inquis. Tertium illud addam, crassum quidem atque humanum, verum efficax satis, ut vel iacentes homines ad vnigeniti intelligendam gloriam erigat. Quid hoc sit in sinu patris. Charissimi hoc verbum est ad explicandam cognitionem, & veram germanamq; ut ita loquar, intimitatem aptissimum modo pie, & quemadmodum dudeum deceat, accipiatur. Ut enim cum sedem audis, & sedere a dextoris, non sedile intelligis, non locum, non aliquid descriptionis, sed sedis vocabulo, & sedendi societate honorem parem, & nulla ex parte diuersum cogitas, ita cum sinum audis, non amiculi gremium, non loci quicquam adesse putandum, sed ipso sinus vocabulo proximitatem ad parentem, & familiaritatem apud eundem arbitrare. Nam cum versatis in sinu dicitur, longe expressius propinquitas genitoris, quam cum sedere a dextris significatur, nec enim pater suo in sinu tenere filium pateretur, nisi eiusdem esset substantia, nec filius in sinu paterno degere auderet, si naturam inferiorem sortiretur. Ergo ut filius, & vnigenitus, & in sinu degens paterno, rem omnem patris diligentissime nouit et tenet. Ob eamq; rem verbis hisce euangelista vsus est: ut filii exquisitam suo de patre cognitionem explicaret. De hac enim ipsa cognitione agebatur. Quod nisi ita esset, cur quæso sinus vocabulum sumeretur? Nam si neque corpore deus constat, neque cognitione, & ad genitorem propinquitas aduocat, frustra id nomen inseritur nullum ad usum idoneum. Verum non frustra (dictum enim quicquam a spiritu sancto frustra putare nefas est) sed filii ad patrem propinquitatem deuinctionemq; declarat. Cum enim rem magnam asseruisset, videlicet ne superam quidem creaturam posse deum videre, id exquisita ratione cognoscere, huiusq; opinionis testem fide dignum vellet adhibere, haec inseruit verba: cui ut filio, & ut vnigenito, & ut parterno sinus degenti de rebus omnibus crederes, nec quicquam dubitares. Si autem quis non contendat, nec agere impudentius velit, idem hoc æternitatem quoque interpretari dixerim. Ut enim eo quod ad Moysen dicitur, Ego sum, qui sum, seipsterni ratione dicimus, id est vel ex hac dictione, qui est in sinu patris, deducere sane licet. Sed iam de, um incomprehensibilem esse omnium creaturarum generi, late ex his quæ proposuimus patet. Restat ut a filio, & spiritu sancto dumtaxat exquisite illum cognosci disseramus. Verum hoc in aliud tempus differri melius est, ne admodum prolixo sermone memoriam eorum, que proposuimus, obruamus atque oblitteremus. Hinc itaque ad solitam veniamus admonitionem. Quænam ista solita admonitio est? Ut orationem seruemus ingenuam mentesobria, animo vigili. Nuper enim cum hac de re disseruissimus, omnes facile videlicet obtemperantes, quamobrem perperam certe agetur, si cum negligitis, non increpem, cum ex officio facitis, non laudem. Laudare igitur vos hodie volo, & gratiam vobis ob illam obedientiam reddere. Gratiam autem reddam, si vos docuero, quamobrem illa præ cæteris oratio solet fieri, & cur homi-

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIA. IIII.

nes demone agitatos & furore accitos, tērriſto adducit p[er] illo, & capita inclina-
re iubet diaconus.. Qua de causa igitur ita agitur dicā. Vincula per q[uod] praua & gra-
uia agitatio dæmonū est, vincula enim ferro validiora. Ut itaq[ue] tempore instatē, quo
iudex prodire, & pro tribunalī sedere solitus est, custodes carceris, homines quos
in vinculis tenet, omnes carcere educunt, & pro cancello septis que fori collocant
squalentes, fordantes, coma expletos nimia, pannis miserrime obductos, sic patres
tuerant, vt cum breui Christum velut pro tribunalī sedere, in ipsiusque sacramentis
apparere futurum esset, homines dæmone agitati illi tāquam vinculis quibusdam
refeti adducerentur, non ut rerum quas commisissent examen subirent, modo eorū
quae in vinculis sunt, nec ut fuerent pœnas, & suppicio afficerentur, sed ut populo
vniuersaq[ue] ciuitate praesente communes pro his fierent supplicationes, ut omnes iu-
gi concordia dominum communem orarent pro his, & quod miscetur, magno cla-
more contenderent. Cæterum ut his tunc succensui, qui orationem huiusmodi
neglicherent, forisque tempore eo versaretur, sic impræsetiarum his qui intus con-
stant, succendum vtique reor, non quia itus manet, sed quod cū eo quo debent
maneant loco, nihilo melius afficiuntur, quam qui foris euagentur. Disputat enim
inter se, & autio cantur, aut negotia tractant tempore illo perhorrendo. Homo
quid facis, cum tot in vinculis fratres videoas tuos adstantes? tu de rebus, quae nihil
ad te pertinent disputas? Vnus ipse aspectus non satis te pauesceret, & ad conscen-
sum commiserationemque ducere potest frater tuus in vinculis, & tamen tu
piger, & negligens, Quo pacto tibi ignoscatur, cum tam durus sis, tam inhu-
manus, tam crudelis? non vereris ne, dum disputas, omittis, negligis, dæmon quis
inde prosiliens, tuam animam nactus ociosam, & scopis mundatam ei sese insinu-
et, & summa cum facilitate domum patentem ingrediatur? Quam cunctos tempo-
re illo luctu confici, quam riuos lachrymarum effundere, madeteque vbertim ocu-
los peruideri, & flere atque ingemere vniuersam ecclesiam deceat? Iam post sacra-
menti communionem, post sacri lauacri splendorem, post Christi societatem lu-
pus ille agnos denostro ouilli rapere potuit, & retinere, tu cum tantam calamitatem
tantam iacturam vides, non lachrymas commoues? Quam purgandi rationem
habere tua ista possint facinora? Si nolis vicem fratris dolere, faltem pro te ipse ve-
rere, & expurgiscere. Si domum tuū vicini consumi incendio videris, etiam si infe-
stissimus tibi sit ille vicinus, nonne intentissime ad extinguedum occurres, ne ignis
paulatim repens, tua quoque vestibula ineat? Idem in his, qui dæmone agitantur
consydera, ignis quidem & exitiosum incendium dæmonum agitatio est. Causig-
tur ne tuam etiam animam dæmon sensim, paulatimque incedens occupet. Cum-
que eum praesentem videris, refuge quam primum ad dominum, vt perfecto animi
tui ardore, & studio dæmon nullum sibi aditum apud te dari intelligat. Nam si te vi-
derit desidiosum, oscitantem, ocio & pigritia marcescentem, compendio te vtpote
diuersorum desertum ingredietur. At si excitatum, intentum, studiosum, paratum
cœlū ipm petentem, ne respicere qdē audebit. Quamobrem & si fratrem contem-
nis, tamen rebus tuis consulere, & aditum omnem in tuum animum immundo illo
spiritui occidere debes. Nihil autem ē, quod tam excursionem eius aduersus nos
arcere, ac repellere valeat quam orandi ac deprecandi intentum studium. Haud
enim illa diaconi exhortatio erecti constantisque frustra, & sine causa instituta san-
cta que est, sed ut nostras repentes humi cogitationes erigeremus, vt nostrum ani-
mū p[ro]fissum, demissum, fatigatum rerū humanarū cura, reiecta omni eiusmodi sollicitu-
die erectū, leuatū, recreatū, deo imortali rep̄ntarem. Animū igitur iubemur erige

DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATVRA, Fo. LXXIII.

re. Quo verbo Paulum quoque modo eodem vtentem licet perspicere. Cum enim ad homines iacentes, & onere aduersarum rerum occumbentes, ac pene perditos scriberet, dicebat, languentes manus, & resoluta genua erigit. Quid igitur? num de manibus, & genibus corporis scribit? Minime. Non enim cum hominibus cursum pugilatumve exercentibus ille disputat, sed vires cogitationū prostratas tentatione suscitandas his verbis monet, atq; hortatur. Cogita apud quem proxime stas, qui bus cum inuoces dēum, scilicet cū cherubīn, cum seraphīn: cum omnibus cōeli virtutibus, animaduerte quos habeas socios, satis hoc tibi sit ad sobrietatem, cū recordaris te corpore constantem, & carne coaugmentatum admitti, cum virtutibꝫ incorporeis commēdare omnium dominum. Nemo igitur animo resoluto sacras illas, & mysticas laudes ineat socius, nemo rerum vitæ humanæ consilia illo tempore voluet, sed omni terrena sorte animo pulsa, in cōelū quisq; se totum trāfferat vtpote q; pp̄iquus solio gl̄iæ stet, & cū Seraphī volitet, atq; ita tandem sanctissimam referat summo optimo glorioſissimo deo. Idcirco bñ constare tēpore illo iubemur. Bene enim constare nihil aliud est, nisi ita constare, vt homini conuenit, qui coram deo immortali stat. cum horrore tremoreque, cum sobrio, parato studio quoque animo. Nam id quoque vocabulum pertinere ad animum Paulus idem docet, cum dicit. Sic state in domino charissimi. Etenim vt sagittarius, qui sua tela directus sit, probe ac scite priusquam mittat, quemadmodum constet procurat, & ubi se per directum calcī propositæ accurate constituit, tum iacere incipit. Idem etiam tu agere debes, cum sagitta pessimum illud infestumque hostis diaboli caput transfigere cupias, curam de statu cogitationum tuarum accipe prius, vt ex directo & sine ullo impedimento fixo pede, tela tua probe in illum possis dirigere. Hactenus de oratione. Cū autē post illā orandi desidiam genus insidiarum aliud aggressus hostis idem diabolus, molestiam quandam intulerit, nos hac etiam sua tentādi facultate eum frustrari faciamus. Quid item insestus, & pessimus ille molitus est, cum vos ad hunc modum, quasi ad corporis compagem vnius adductos, constituto sq; vidisset, magna cum intentione præcepta vite, opinonisque optimæ accipientes animaduertisset, submittere quidem aliquos e suis ministris, qui consilio & hortatio ne vos a studio audiendi abducerent, minime ausus est, ratus scilicet neminem vestrum tali consilio obtemperatum, sed latrunculos quosdam, fugaces homunculos vestræ inseruit multitudini, quibus molitus saepius est, vt a multis aurum appetsum subriperetur. Ne igitur hoc semper accidat, & vestrum auscultandi animum iactura pecuniae furto indies inualescente extinguat, consul o atq; hortor nemine hic venientē secū portare aurū, ita em efficietur, vt vñq; vestra attentio praestet illis furandi occasionem, & lætitia quam ex mora huius conuersationis capit̄ nulla pecuniae amissionē perueretur. Hanc enim rem ille molitus est, non ea gratia vt vos redderet pauperiores, sed vt iacturæ pecuniaræ molestia reuocaret a studio audiendi. Nam & Job illum ditissimum hominem omni dispoliavit pecunia, non ad eum finem, vt inops egenusq; fieret, sed vt pietate amoreque illo suo erga deum singulari enudaretur. Cupit enim ille & studet non pecunias auferre, quippe qui nihil esse hoc nouerit, sed per priuationem pecuniarum præcipitare in peccatum, deslictumque animæ. Quod quidem si facere nequeat, nihil se perfecisse arbitratur. Certior itaque de eius animo studioque in te frater charissime, quotiens tibi aurum vel per fures, vel per quasvis artes auferat, facile patere, & gratias age, vt debes, dño. Ita enim plus possis lucrari, quam amiseris, & vulnus duplex hosti infligas, & quia non ægre tulisti, & quia gratias domino egisti. Nam si te viderit damno pecuniarū

DIVIIOANNISCHRISOSTOMI HOMI. V

frangi, eo que adduci, ut in dominum perturberis, nunquam desistet, qui idem molitur & inuehat. Sed si te non modo non blasphemare deum, qui te creauit, verum etiam gratias illi agere in rebus perspexerit arduis, recedet prorsus a tentatione negotio, certus scilicet causam gratiarum agendarum, fidelisque & constantis animi preberit tibi ab ipso rerum aduersarum periculo, itaque palmam confici tibi illustrorem, & præmia dari ampliora. Quod certe vel iure Job illi piissimo euenisse constat. Cum enim sublati opibus, & corpore morbo grauissime infestato, animum nihil minus sibi constare, & gratias agi perspexisset, non item aggredi ausus est, sed turpiter & omni venia procul deuictus abiit, reliquitque sua opera illum dei athletam clariorem. Hoc igitur nos quoque & tenentes, & cogitantes peccatum rem vnam metuamus, & evitemus, cetera animo forti, & constanti feremus, siue iactura pecuniarum, siue corporis morbus siue temporum difficultas, siue rerum molestia, siue hominum iniuria, siue quid aliud malum nobis inuehatur. Hec enim non solum detrimento afficere nequeunt, sed etiam prodelle ægregie possunt, si animo grato pio que feramus. Porro loge plures, amplioresque mercedes nobis haec comparabunt, atque efficiant. Iam enim vides & Job illum, quam post adeptam patientiae coronam & fortitudinis, omnia que amiserat, dupliciter recepit. Tu vero non duplicata non triplicata, sed in centuplum exaucta recipies omnia, si modo forti animo tuleris & tranquillo, atque etiam vitam possidebis æternam, quam vtinam omnes adipiscamur, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in seculo rum. Amen.

BEATI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATVRA CONTRA ANOMAEOS HAERETICOS HOMILIA.V.



VI rem sibi explicandam proposuerit ampliorem, & tam prolixum desiderantem sermonem, ut non uno, ac altero die, sed vix pluribus posset expediri, eum necesse habere arbitror non uniuersam eodem dicendi cursu rem offerre auditorum auribus, sed in plura partiendo leuius hinc, & facile reddere onus orationis. Nam & lingua, & aures, & sanguini nostri sensus modum, normam, & limitem certum habent datum a natura. Quemadmodum qui egredi superareque contendit, vel ab ea ipsa data, praesenteque sibi facultate ejus citur, & quod seruare potest, amittit, cum plura, quam valeat proficatur. Quid luce iucundius? quid radio solis acceptius? Attamen res haec tam iucunda, tam accepta & placida, ubi supra modum sese oculis nostris obtulerit, gravis, molestaque occurrit. Quamobrem deus immortalis nocte diei succedere voluit, quae oculos fatigatos demissis genis operiret, & pupillis quietem reconciliaret atque ita vim recrearet videndi & ad futurum officium redderet aptiorem. Hinc etiam vigilia, & somnus res inter se contrarie pariter iucundissimæ accedunt suæ moderatione vicissitudinis, & cum lucem suauem nominemus, somnum quoque suauem dicimus, qui nos dimouere a luce consuevit. Ita omnibus in rebus graue molestumque est, quod immodicum, suave, vtile & iucundum, quod modicum est. Quam ob causam & si dies iam quintus posteaquam agere de incomprehensibilitate incœpimus, tamen nondum perficere disputationem voluimus totam, sed adhuc partim differendum, partim relaxandum censuimus. Verum ubi nam disputationem reliquimus nuper, inde etiam repetamus necesse est, cum una quædam dicen-

DE INCOMPREHENSIBILI DEI NATVRA.FO. LXXIII.

cendi sit series & sequela. Díximus autem a Ioanne filio illo tonítrui propositum es se, deum nullus vñquam vidit, vñgenitus filius, qui est in sinu patris, ipse exposuit. Hodie quo loco ipse vñgenitus dei filius exposuerit, cōperire atque excipere ope ræprecium est. Respondit, inquit, Iudæis, & dixit. Non quia patrem vidit quisquā nisi is qui est ex deo, hic vidit patrem. Visionem hīc rūrsus cognitionem appellat. Nec vbi nullus vidit patrem, dixisset, tacuit, ne quis de hominibus tantum hoc dici existimaret, sed cū ostendere vellet nec angelos, nec archangelos, nec virtutes omnino supernas cognoscere, certum hoc ipsum ex his quæ adiunxerat reddidit. Cū enim proposuisset. Non quia patrem vidit quisquam, addidit, nisi is qui ex eo est, hic vidit patrem. Nam si nullus tantummodo dixisset, complures credo de natura duntaxat humana hoc dicí arbitrarentur. Nunc vero qđ vbi nullus proposuit, adiū xerit nisi filius ea ipsa vñgenitiā diectiōe omnem secludit creaturam. Quid igitur nunquid sp̄ritus etiam sanctus seclusus est? Nequaquam, pars enim creaturæ ille non est, vocabulum id autem (nullus) semper ad distinguendam creaturæ tantum conditionem ponit solitum est. Itaque fit, vt nec si de patre agitur, filius remoueat nec si de filio, sp̄ritus vñquam secludatur. Atque vt hoc ipsum cōtinuo explanetur videlicet verbum hoc, nullus, non ad sp̄ritus sancti seclusionem, sed ad creaturæ positum dum de ea ipsa cognitione filij vnius disseritur. Audiam⁹ quid Paulus ad Corinthios scribat. Quis enim scit quæ sunt hominis, nisi sp̄ritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ deisunt nullus cognouit, nisi sp̄ritus dei. Quemadmodum igitur eo loco cum nullus dicatur, non seingitur filius, sic etiam hic vbi de Christo (nullus) positum est, non sp̄ritus secluditur sanctus. Patet ergo hoc ita esse, vt proposuim⁹. Nam si cum diceret, nullus patrem vidit, nisi is qui ex deo est, secluderet sp̄ritum, vacanter Paulus scriberet, vt homo sua quisq; nouit, sic sp̄ritus sanctus rem dei nouit diligentissime, & tenet. Vnus quoque eodem hoc dicitur modo, habet enim eādem omnino vim, atque potestatem. Quod ita esse ex eodem illo autore accipies. Vnus deus pater, ex quo omnia & vñus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Nam si quod vñus dicitur pater, filius a deitate secluditur, pari vtique ratione pater quoque dominatione dimouebitur ipse, quod filius vñus dominus dicitur. At vero non propterea pater secludetur adominatione, quia Christus vñus dicitur domin⁹ ergo nec filius dimoueri a deitate debet, cum vñus deus pater proponitur. Si autem dicant, idcirco vñus deus dicitur pater, quoniam filius & si deus est, tamen non talis est qualis pater, licet his eisdem vt in eos, quæ ipsi aduersum nos sumunt, & ponunt, scilicet vñus dominus Christus dicitur, quoniam dominus quidē pater quoque est, sed non talis, qualis filius est. Quod si nephias dicitu, nec prius illud ratione vlla dicendum est. Sed quemadmodum cum vñus dominus Christus dixeris, nō patrem secludis a perfecta absolutaque dominatione, nec est cur filio vni rationem tribuas dominandi, sic cum vñus deus pater protuleris, nō a vera germanaque dei, tate excludis filium. Nec est quod patris vnius deitas esse confirmetur, filium quippe deum esse, & talem qualis pater est deum, dum tamen filius manet, constat ex eo ipso quod additur. Nam si nomen hoc (deus) patris tantummodo esset, nec posset ullam significare personam, siue hypostasim aliam, sed illam solam primam atque ingenitam, vt pote proprium eius vnius, & peculiare (vt ita dicam) notificum, vacanter pater adiungeretur. Satis enim esset dixisse, vñus deus. Ita enim cum diceretur, facile intelligeremus, Verum quoniam deus nomen commune patris & filij est, atque ob eam rem, si vñus deus tantum dixisset, quenā deum referret, minus cōstaret. Ideo pater addidit, vt de p̄ia illa & ingenita hypostasi, seu persona dici ostē-

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI HONILIA.V.

deretur, tanquam (deus) nomen solum satis eam nō posset exprimere, cum pater id commune haberet cum filio, nomina enim diuina partim communia, partim propria habentur. Communia, ut eadem atque indifferens substantia ostendatur. Propria ut personarum denotetur proprietas, pater namq; & filius nomen personæ proprium est, deus vero & dominus, commune. Quamobrem ubi nomen commune (deus) proposuisset autor ille sapientissimus, merito proprium id addendum censuit, ut posses de quo diceret, intelligere, ne in execrandam illam incideres Sabellij opinionem. Nec enim (deus) nomen maius, quam dominus esse, nec dominus minus, q; deus, patet veteri in testamento, in quo pater frequenter dominus dicitur. Dominus deus tuus, dominus unus est. Dominum deum tuum adorabis, & ei soli seruies. Itemq; magnus dominus noster, & magna virtus eius, & sapientia eius non est numerus. Atque etiam cognoscant, quia nomen tibi dominus, tu solus altissimus in omni terra. Atqui si (dominus) nomen minus, quam deus, indignumq; illa substantia esset, haudquaquam filium, qui minor eorum sententia esset nomine eodem quod patri conueniat, eiusq; vni propriu sit, appellare oportet. Sed non ita. Naeconim filius patre inferior est, nec dominus nomine, quā deusa ē abestius. Quapropter vicissim modo de patre, modo de filio sine ullo discrimine scriptura sacra his appellationibus vtitur. Itaq; ut patrem dominum appellari audiuitis, filium quoque deū dici audite. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. Vides quomodo & patri dominus non men & filio deus nomen reddatur. Ut enim ibi est scriptum, cognoscat quia nomine tibi dominus. Ita hoc loco, vocabitur nomine eius Emanuel. Itemq; Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius magni consilij angelus, de fortis & potens. Velim consideres ingenium & spiritalem sapientiam prophetarū. Nam ne cum deum tantummodo dicerent, de patre differere putarentur, incarnationis prius meminerant. Nō enim pater ipse natus de virginē est, nec factus est puer. Quando etiam propheta alius ita scribit. Hic deus noster non existimat alius aduersus eum. Addidit, Inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puer suo, & israel electo suo, post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Paulus vero sic ait. Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. Item. Omnis fornicator, aut avarus non habet hereditatem in regno Christi & dei. Ad hæc per illuminatiōnem dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Ioannes quoque sic nominat eum, cum dicit, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Sint ista inquis, sed illud ostende, ubi scriptura filium patri coniungens, dominum patrem ipsum appellat. Ego vero non istud solum, sed etiam dominum tam patrem, quam filium appellari iunctis personis facile ostendam. Vbi Christus cum aliquando cum iudeis dissereret, quid vobis videtur de Christo, interrogauit, cuius filius est? Illi dicunt. Dauid. Dicit eis. Quomodo igitur Dauid in spiritu dominum eum vocat, dicens, Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Ecce dominus, & dominus. Vis ne preterea ubi deum patrem, & deum filium nominet iunctis personis accipere? Audi cum Dauid prophetam, tum apostolum Paulum. Sedes tua deus in seculum seculi virga directionis virga regni tui. Dilexisti iusticiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxitte deus oleo læticiae per consortibus tuis. Paulus hoc idem allegat, & suę sententia testimoniū adhibet, cum dicat, Et ad angelos quidem dicit. Quis facit angelos suos spūs. Ad filium autem, Thronus tuus in seculo seculi. Sed quā obre inq; patrē hoc loco deū appellat, filiu autem dominū? Nō temere, nec sine causa id facit,

sed quod aduersum gentiles ageret, qui deorum opinione plurimum laboraret, ne illiciderent. Cum nobis deorum, aut dominorum plurimum cultum vito des, ipse eidem obnoxius criminis, cum deos dicas, non deum. Idcirco indulgens imbecillitate eorum, nomine filium appellauit diuerso, quod tamen vim eandem omnino obtinaret. Quod ita esse late intelliges, si eam epistole partem altius repetamus. De his autem quae idolis sacrificatur, scimus quoniam omnes scientiam habemus, Scientia inflat, charitas vero aedificat. De escis autem, quae idolis sacrificantur, scimus quoniam nullum idolum in mundo est, & quoniam nullus deus, nisi unus. Vides quomodo in eos, qui plures colerent deos, differit. Nam & si sunt, qui dicuntur dii, & domini multi, hoc est qui dicatur, nobis tamem unus deus pater. ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Hinc etiam unus adidicit, ne deos item plus res introduci illi arbitrarentur. Et quamvis patrem deum unum appelle, tamen non a deitate seclusit filium, ut & si filium dominum unum dicit, non tamen remouet patrem a dominatione, sed imbecillitatem emendat gentium, nec ullam vult dare occasionem. Quod idem certe causa etiam fuerat, quamobrem non expresse ac manifeste, sed obscurius, raroque a prophætis filius dei Iudeis significaretur. Quod enim nuper errore deorum plurimum essent abiuncti, sed iterum deum & deum audiuerint, prorsus ad morbum animi reueterentur. Quo circa frequens id aquid prophetas usurpatum est, unus deus & pater, cum nullus est alius, non quod secluderent filium, absit, sed ut hominum imbecillitatem emendarent, ac suaderent ante suspicionem plurium filiorum deorum reiicere, quam filium & hunc deum praedicarent. Quotiens igitur audis, unus & nullus, & cætera generis eiusdem, non trinitatis opinionem diminui, sed quantum inter eam, & creaturam interest, verbis his signari arbitrare. Quippe cum etiam alibi dicat, Quis cognovit sensum domini? Quod quidem (quis) nec filium, nec spiritum a cognitione secludere ostensum iam his que supra diximus est cum testimonium afferemus illud, Quis enim scit que sint hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quae dei sunt, nullus cognovit nisi spiritus dei. Ad haec filius ait Nullus cognoscit filium, nisi pater, neque patrem quis cognoscit, nisi filius. Igitur & hoc loco ad eandem sententiam accipe, Non quia patrem quis vidit, nisi qui est ex deo, hic vidit patrem, plene & exquisite illum nouisse. Et causam quamobrem non uerit dicit, quoniam quod ex deo est. Cuius item documentum, quod eum norit exquisite. Hinc enim aperte eum nouit, quia ex eo est, argumentoque est ex eo, quod est plane aperteque cognoscit. Substantia namque substantiam superiorem nunquam perfecte intelligere potest, etiam si parum interest. Audi quid propheta de angelis, ac de hominum genere dicat, quam parum inter eam utramque naturam interest. Cum enim proposuisset, quid est homo, quod memineris eius, aut filius hominis quod visitas eum, addidit, minuisti eum paulominus ab angelis. Verumtsmen et si parum discriminis est, tamen quia interest aliquid, noscimus exquisite angelorum substantiam, nec si summe philosophabimur, compere non quam quid sit poterimus. Sed cur de angelis loquor? Quando ne ipsis quidem animi nostri substantiam satis nouimus, immo nullatenus attingere valeamus. Si illi nosse contendunt, percontare quid nam substantie sit animus, nunquid ignis, non aer, num aqua, num, terra? Nihil ex his esse dicent. Hec enim omnia corporea sunt, ille incorporeus est. Tamen qui angelos nesciunt, qui suos animos ignorant, ideo dominum, et conditorem omnium rerum scire exquisite cotendunt. Quid hac ametia potest fieri tetrius? Sed cur desubstantia loquor animi? Ia quæadmodum insit animus in nostro corpore ignoramus,

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PARAENESIS.

Quod enim dixeris, extendit sese vna cum dimēsione corporis, totaq; infusa per artus mens agitat molē. At hoc penitus ratione caret. Cū id corporis propriū sit, atq; ita euēnire videamus, vt plerūq; & manib; prēscisis & pedib; integer ille permaneat, nihilo ipse trūcatus, corpore dīmīnuto, & manco. Sed nō tota toto ī corpore est, sed parte se colligit certa, & residet, ergo relinquaes partes reddi īanimas necesse est. Sed dīcīne id quidē potest, verū aīm esse quidem ī nīo corpore nouim⁹, sed quēadmodū sit, ignoramus. Et quidē etiā hāc rationē scīdī propterea deus immortalis a nobis secluserat, vt larga quadā argumēti copia nīra opprimeret ora, & mētē fragilē detineret, ac deorsū moueret, cōstaretq; mīnime res maiores, quā vīres possunt humanæ attīngere, scrutari & curiose exquirere. Sed ne rationib; nīris hēc cōfirmemus, scripturā īterū repetamus sacrā, vt īnde argumēta longe potiora deducamus. Nō quīa patrē vidit quisquā nīsi is, qui ex deo est, hīc vidit patrē. Sed quid hoc doceat. nō dū id verbū cognitionē vllī plenā exquisitāq; attestatur. Sed creaturam quidē minus eū nosse signat, cū dicat: Nō quīa patrem vidit quisquā. Filiū itē nosse eundē significat, cū addat, nīsi is qui est ex deo, hīc vidit patrē. Verū exquisite eum nouisse, & ita, vt seipse nouit, nō dū explicatum est. Dixeris enim, Esse ita potest, vt nec creatura, nec filius eū expresse sciant, sed quanquā expressius, quā creatura filius nouerit, tamē plena illa, & exquisita cōprehēsione filiū quoq; carere. Nā quod eum videt, quicquid tandē est cognoscere ait, perfecte autē et absolute cognoscere, & ita vt seipse, nondū ostendit. Vultis ne īgitur huius quoq; fidem' a sacris scripturis, atq; a vocē domini ipsa petamus? Audi quid ad Iudēos ipse dīcat, sicut cognoscit me pater & ego cognosco patrē. Quid hac cognitione certius quaeras? Interroga aduersatiū, an pater filium exquisite norit, omnemq; eius teneat rationē, nec eum quicquam filij lateat, sed integrā, expletā & absolutā quandā cognitionē per calleat. Ita est iquit. Ergo cū audīs ita filiū patrē nosse, vt & ipse pater filium nouit, nihil prēterea quā rere, nihil ambigere debes, cum tam parī modo īter se ēquēt cognitiones. Quod idem etiā alibi exprimit, cum dicit, Nemo cognoscit filium, nīsi pater, neque patrem quīs cognoscit, nīsi filius, & cui velit filius reuelare. Reuelat autem, non quātū ipse cognoscit, sed quantum nos recipere possumus. Nam si Paulus ita fecit, multo magis Christus idē facere debet. Ille quippe ad suos discipulos scribēs, sic aīt, Non potui vobis loquī quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquā paruulis in Christo lac vobis potū dedi, non escam, nondū enim poteratis. Sed dīcit fortasse agēdū ita fuisse cū Corīnthijs tātū. Quid si pleraq; alia nouisse ipsum ostendā, quā nemo accepērit, sed vntus ī pē sciēs ē vita abiīt, vt hoc ī his quē ad Corīnthios scribit, sic enī dīcit, audiū ī ineffabiliā verba, quē non licet homini loqui. Verū tamē hīc etiā ipse, q; ineffabiliā audiūisset, & quē nemini narrare liceret, particularem quandā cognitionem tenuit, & multo futura illa īferiorē. Qui enī hoc retulit, idē etiā illa scribit? Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Itēq;. Cum ēsse paruulus, loquebat vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabāt paruulus. Atq; etiā nunc video per speculum ī ænigmātē, tunc autem facie ad faciem. Iam omnis istorum deprehēditur fraus, omnis falacia coarguitur, quando enim ipsa dei substantia ignoratur, nō īquam an sit, sed quid sit, furoris certe est summīvel nomen ē tribuere, nedum cōpre hendere opinari. Quaquā & si nota certaq; haberetur, non tutum propterea esset nosipso ī iudicio nostro modum appellandi statuere substantię dominī. Nā si Paulus nomen virtutib; superis īponere minus ausus est, sed cum dixisset, constituit Christum super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, omne nomen qđ nominatur, non solū ī hoc seculo, sed etiā ī futuro, cū docuisset noīa nōnulla esse

virtutum, quæ tunc scire poterimus, minime ipse confisus est, vel alia pro illis statuerint nomina, vel eadem illa exquirere, qui fieri potest, ut his omnibus aut ignoscatur, aut purgandi detur occasio, qui in ipsa substantia domini tam temere audent, tot nefaria committuntur quando autem ipsius quoque sapientiae ratio ignoratur, profecto genus id hominum non secus, quam insanos delitosque despicer, aspernarique debemus. Iam deum esse unigenitum certum est, nomen tamen id ipsum esse diuinæ illius substantiae a nullo vel propheta, vel apostolo, vel euangelista aut expresse, aut per ambam propositum est. Et recte quidem, qui enim ipsam ignorarent substantiam, quo pacto eius nomine tradere haberent? Sed cur de sacris loquor scripturis, quando tamen absconse inique de natura dei proponitur questione, ut ne illis quidem getilibus, qui a vera opinione aberrarunt, tale quid unquam placuerit? Nemo enim naturæ diuinæ definitio nem reddere, uno vero amplecti nomine deum ausus est. Sed cur naturam inquam diuinam, quando ne virtutes quidem incorporeas, quos deos appellant, illi inferiores plene definierunt, sed obscura quadam expositione, ac descriptione, potius quam definitione docuerunt? Verum quid isti pro sua eximia sapientia ex his quæ diximus, inferant? Ergo deum, quem colis, ignoras. Prorsus nihil ad hanc eorum obiectio nem respondere debemus, cum tantum late scripturæ sacre autoritatibus demonstratum sit, fieri non posse, ut quid substantiae sit deus sciatur. Verum quoniam non propter iniurias agimus, sed quo eos doceamus, & emendemus, age benigne id etiam ostendamus, non eos qui nesciunt, quid substantiae deus sit, sed eos potius, qui scire contendent, deum ignorare. Dic quæso, si inter duos orta altercatio esset de cœli magnitudine, quorum alter negaret hominis oculum rem posse percipere, alter contenderet fieri posse, ut palmo sue manus facile metiendo totam molem transmitteret, quem cœli nouisse dixeris magnitudinem, eum ne, qui scire contedit, quod palmos cœli ambitus compleat, an eum qui nescire coquitetur? Hunc prorsus. Quod si quis cœli amplitudini cedit, hic potius nouit eius magnitudinem, longe omnino abest, ut in mente sit sanus, qui in dei immortalis ratione ne tantulum quidem censeat temperandum. Requiritur certe a nobis, ut esse deum sciamus, non ut quid deus sit in dicas gemus. Quod Paulus doctor eximus docet, cum dicit, Credere enim oportet eum, qui ad deum accedit, quia est. Propheta item cum impietatis quempiam argueret, non criminis assinat quod nescit, quid deus sit, sed quod deum esse ignorat, quippe qui ita scribat, Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Igitur ut ille impius est, non quia deum, quid substantiae sit ignorat, sed quia nescit deum esse, sic satis ad pietatem est scire deum esse. Sed habent aduersarij nostri aliam quoque argumentationem meditatas euigilatamque rationem. Dicitur, inquit, deus spiritus est. Sed nunquam hoc nomen exprimens diuinæ substantiae est. Quis enim si nuper adeo fores scripturæ sacre adierit, non peregrinam & omnino alienam iudicet istam sententiam? Iam enim eadem ipsa ratione deus ignis quoque. Nam ut scriptum est, deus spiritus est, ita scriptum habemus, deus noster ignis consumens est. Itemque fons aquæ viue. Nec spiritus & ignis, & fons solus sit, sed etiam animus, & vetus, & menses humana & coplura alia multo ipsis quæ modo enumeraui, absurdiora. Non enim omnia persequi debeo, nec illos rū insaniā imitari. Spūs quippe nomine plura significat. Nam & animus natus, velut cum Paulus dicit, Tradite hominē huiusmodi satanæ, ut spiritus saluus sit. Et vetum, ut propheta inquit, Spiritu violento cōteres eos. Donum etiam spiritale spūs dicitur, Ipses spūs cōtestatur spiritui nostro. Item, Orabo spū, orabo etiam mēte. Ad hēc ira, atque excādescētia, autore Esaia, Non tu es, qui meditaris spū duro iterimere eos. Presidiū quoque & auxiliū deivocari spūm nouimus, spūs enim an facie nāram Christus dñs;

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PARAENESIS.

Erit igitur deus hęc omnia illorum sententia, atq; ex his rebus cōstabít. Sed ne tem
bus incassum teramus, dum confundanda refellendaq; proponimus, quae tam per-
specuisunt erroris, vt nullam penitus postulent contradictionem, age finem hic fa-
ciamus dicēdi aduersum eos, ad orandūq; more nostro veniamus. Ergo pro his am-
plius rogemus atque oremus, vt aliquando insanis liberentur, hoc enim gratum ac-
ceptumq; deo saluatori est, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem ve-
ritatis venire. Minime igitur negligendum, vt preces pro his agamus, supplicemus
que domino. Aptissima enim arma oratio est, thesaurus certe perpetuus, dūcitur in,
exhaustæ, portus quietus, occasio tranquillitatis, denique autor, parens, fons, & ra-
dix bonorum omnium, & innumerabilem oratio est, atque etiam regia ipsa falcu-
tate potior & superior. Sæpius itaque euenit, vt cum rex ipse egrotet, cubet, febriat,
ardore laboret, & adsint medici, adsint clientes, familiares, proceres, milites, duces,
non ars medicorum, non amicorum præsentia, non familiarium administratio, nō
medicamentorum copia, non apparatus magnificentia, non pecuniarum faculta-
tes, non aliud quicquam rerum humanarum possit reddere infestantem morbū le-
uiorem. At si quis valens apud deum familiaritate accesserit, & corpus lāguens dū
taxat tetigerit, & syncere pro eo orauerit, languorem omnē expellit, & quo non di-
uītiae, nō numerus ministrorū magnus, nō medicinalis sciētia, nō regius fastus effi-
cere potuit, hęc vnius paupis, atq; egeni oratio potuit. Orationē aut̄ dico nō tenuē
illam, & desidiosam. Sed eam que intenta, & animo dolente, & corde contrito profi-
ciscatur. Hęc enim est que in cōclum scandere valeat. Et quemadmodum aqua dū
per plana & ampla spacia fertur, non in altum exurgit, sed tenuem sese late quaquæ
versus expandit, cum autem manu artificium subtus colligente stringenteq; coacta
fuerit in angustiū, sāinde solicita omnī telo velocius se in excelsum iaculatur, petitq;
regionem supernam, sic mens humana dum ociosa, & liberior, quā expeditat degit,
diffunditur, lateq; defluit, cum autem rerum euentu asperiori, casuq; subtus coartā
te aduerso sollicitetur, iam agilis se extrudit, & intentas, dilucidatasq; orationes mit-
tit in excelsum. Atq; vt intelligas eas potissimum orationes posse exaudiri, quae pres-
so afflitoq; animo reddantur, audi quid propheta referat, Ad dominū cum tri-
bularer, clamaui, & exaudiuit me. Igitur nostrā ferue faciamus cōsciētiā, affligam
āiam, torqueamus memoriā peccatorū, vt nō in angustā deducamus viā, sed vt id
neam exaudiri a deo efficiamus, vt vigilē, sobriā, & ipsum cōclū tangētē reddamus.
Nihil tam pigrīam et negligētiam potest expellere, quā dolor & afflictio animi,
quae vndiq; cogitationes vagantes colligat, & suam in sede constituat. Qui ita affli-
ctus inceſtus q; orat, hic læticiae plurimum post orationem sibi potest cōſiliare. Et
vt frequētia nubium principio cōclū obfuscat, vb̄ vero per crebras dimiserit stillas,
iam & humore seposito, serenum cōclū, & dilucidum facit, sic mōror animi dum
intus versatur, caligine cogitationem nostram obducit, cum autem verbis oratio-
nis & lachrymis, quae solent comitari orationem, foras versus euaporatus, afflatus
que euanuit, plurimum iam inde splendoris afferri in animum solitum est, fauore
scilicet humanissimi, & liberalissimi dei, veluti radio quodam in eius qui orat, ani-
mum ingruentem, a cluce afficiente extrema. Sed quam, frigidam, quam ineptam
et sordidam complures sui erroris reddant rationem. Non audeo, inquiunt, mī-
me confido, me pudet, ne desīcere quidem ne possum, peccata me detinent. Sata-
nica ista verecundia est, pudendi ratio pessima, obtentus negligentiae, ac desidiae
occludere tibi aditū ad misericordē et clementissimum deū. Tuus hostis diabolus
petit, cū te tā verecūdū facit, & pauidū. Diffidis ne? Magna īd ipsum ad cōfidendū

facultas, magna hinc proficiscetur utilitas, si te arbitratis merito carere fidendi audenda; facultate, ut contra summus pudor, summū dedecus, summa condēnandi ratio, si te arbitreris posse fidēter agere. Quanq̄ enim multa ex officio feceris, quanq̄ nullius tibi sis conscientia mali, modo putas agere posse fidēter ac libere, omni gradu orationis continuo eijscieris ac decides. Contra si onera cōsciētiae innumerabilia iustines, peccatis summis grauaris, nec est quod te non p̄mat delictū, modo illud vñ p̄suasum sit tibi, te omnium esse minimū, mirifice tibi animus fidēdi audēdīq; apud deum p̄stabitur. Quamq̄ id nulla humilitas est, vt cū peccatoris, peccatorē te opineris, humilitas enim est quotiens quis p̄iam rerum sibi p̄clararū conscientia, nihil magni de se ipso existimat. Quotiens quis Paulus similis, dicere iure suo potest, nullius mihi ipse sum conscientia, & tamē dicit, nō in hoc iustificatus sum. & Christus Iesus venit peccatores saluare, quorū primus sum ego. Hoc est humilitas, si te excelsum p̄ virtutū officia, humiliē p̄ opinionē redas. Deus tamen p̄ sua ineffabili hūanitate, nō iolum modestos illos & humiles, sed etiam eos qui sua confitētur peccata, recipit, amplectitur benignissime tractat. Atq; vt planius intelligas q̄ sit bonū nihil magnum de se opinari, finge animo bigā duplē, quā sub altera virtus iuncta sit cum supbia, sub altera peccatū cū humilitate. Videbis enī bigā illā peccati virtute facile anteire, palmāq; decursionis celerioris obtinere, non peccati p̄nūcitatē, sed cōiugate humilitatis facultate. Cōtra bigā alteram virtutis retardari & vinci, nō imbecillitate virtutis, sed supbię mole, ac pōdere. Vt enim humilitas præ summa sua excellētia, peccati superat pōdūs, atq; in cœlū puenit, sic supbia præ nimio suo pōdere, ac intolerabili onere suæ molis p̄ualet. adeo vt etiā leuissimā illā, & supnā virtutē vincat, deorsūq; versus facile detrahatur. Quoniam alterum quod dixi parū existat p̄nūcitus altero, lati⁹ sa ne exēpharisæi, & publicani illius p̄spicies. Iuxerat pharisæus iusticiam cum supbia, dixitq; Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum raptores, iniusti, nec velut hic publicanus. O insaniam hominis, vniuersa natura hominū minus explore supbiā eius, & insolentiam potuit. Itaq; publicanum p̄xime stantē petulantissime inuadit, & elatus sua iusticia temere insultat in hominē. Sed quid hic agit? non repellit p̄bra sibi obiecta, non angit malēdictis, nō repugnat aduersario, non inulciscitur inimicum, sed patitur facile petulantiam. Itaq; efficit vt illud aduersarij telum medicamento sibi occurrat, atq; remedio, & p̄brum conuersum in laudē sit, & maledictum in coronam & commēdationē. Tam magnum humilitas bonum est, tam magnū comparatur emolumētum, dum hominum maledictis minus mordemur, dum ad illatas contumelias minus incēdimur. Licet enim velex his ip̄is fructum egregie capere, modo publicani illius, quod enī patiēter p̄bra tulisset, peccata se posuit omnia, cūq; dixisset deus p̄pit⁹ esto mihi peccatori, descendit iustificatus sup illum, & dicta supauerunt facta, & verba vicervnt opa. Alter nanq; iusticiam, & ieunia, & decimas p̄poluit suas, alter verba dumtaxat reddidit, atq; ita effectum est, vt magnus ille numerus de lictorū deleretur, & peccata oblitterarietur omnia publicani. Non enī verbā deus tantummodo audiuit, verū etiam animum, quo ita diceretur, inspexit, quē cum humiliatum contritumq; comperiret, milētus est, & benignissime, ac humanissime egit. Haec tamē non ob eam rē dixi, vt licetius peccaremus, sed vt animum seruaremus humiliē, & modestum. Nam si homo publicanus vltimum vitiorum genus non humili, sed faciliter quodam & p̄io dumtaxat animo peccatis propositis, & rem, vt erat confessus, tantum benevolentiae apud deum contraxit, quantum meritum quæso sibi homines comparare possint, qui cum p̄eclara egerūt bona, nihil magnificisse arbitrētur? Quas ob res voshortor, & rogo, & oro f̄rēs chariflī, crebri⁹ deo, imortalē cōfiteamini, & enueratis vris delictis veniā pietatis, & numē ppitiū. Nō te ī theatrū cōseruorū tuorū duco, nō hoib⁹ p̄ctā tua detegere cogō.

DIVII OANNIS CHRISOSTOMI HOMI. V.

Repete coram deo cōsciētiam tuam, & explica, ostende deo medico p̄stantissimo tua vulnera, et pete ab eo medicamentū. Ostēde ei qui nihil opprobret, sed humanis simē curet. Cur taces, quæ optime ille nouit. Dic atq; enumera, vt fructū maxime conſequaris. Dic ut abſteris hic tuis maculis abeas. Illuc mūdus, & sine vlo dedecore, vt intolerabili promulgatione illa delictorū tuorū libereris. Tres illi pueri in fornace cōtinebātur, suāq; aīam exposuerunt certo suā vitę periculō. Verūtamen post tot tātaq; virtutis officia referūt, nō possumus aperire os, cōfusio & opprobrī facti sumus seruis tuis, & colētibus te. Cur ita q; os aperuistis? Ut hoc ipsum dicemus, nobis os minus līcere aperire, atq; ita dominū inuitaremus ad beneficū. Vis orationis vim ignis extinxit, impetum leonum cohībuit, bella composuit, prælia remouit, tempestates sustulit, dæmonia expulit, cœli foræ aperuit, vincula mortis disrupit, languores eiecit, offensas repressit, vrbes terrēmotu mutātes firmauit, plaga cœlitus irruentes, insidias hoīm, mala deniq; oīa deleuit oratio. Orationē aut, vt iterum dicā, nō eā cōmendo, quæ fruſtra in ore habeatur, sed quę ab imis animi p̄decet. Ut em̄ arbore, quę radicem altius miserint, quis summū ventorū excipiāt impētum, nō frāgī, aut euelli possunt, cū planta, & firmissima stirpe innitātur, sic oīones quas animus de suo īmo reddiderit per q̄ tute affixæ efferunt sese in excelsum, nulloq; puertuntur aggressu cogitationū. Vnde p̄pheta insignis ait, De profundis clamauit ad te dñe. Hęc ita doceo, nō vt verbis p̄phetis tātu, & laudetis, verūtēa vt factis palam aīm vestrum recepisse, quæ laudat faciatis, Nā si apud hoīes suos quēpiā casus dixisse, suasq; calamitates narrasse affert nō nihil cōsolatiōis, quasi difflatio q̄dam malorū per ipsam narrationē ageret, lō gemagis si cū dño illo cōmuni ægritu dīnes animi tui cōmunicari, cōsolutionē, atq; remediu capies. Hō em̄ vel grauatur plerūq; tedium alienæ querelæ, & luctus repellit, fugitq; hoīem miserū, at vero deus nō ita agit nobiscū, sed inuitat, ducit, hortat, acceptat. Et si totū diē in cōmunicādis cū eo tuis calamitatib⁹ consumpseris, ita te magis magisq; diliget, & tuis p̄cibus liberalius annuet. Et quidem hoc ipse dñs explicās, id dicebat, Venite ad me oīs qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiāvōs. Vocat, obsequamur, inuitat, accedamus, si peccatis innūerabilibus detinemur, cursum ob eā rē maiorē in modū eo agamus. Tales em̄ hoīes ad se vocat. Nō veni, inquit, iustos vocare, sed p̄ctōres ad p̄cēnitentiā, hoīes oneratos, oppressos, fessos, fatigatos p̄dere peccatorū. Deus em̄ dicitur cōsolutionis, deus misericordiarū, quoniā hoc eius officiū est perpetuū, vt homines dolētes, mōrētes, afflīctos cōsoletur, atq; hortetur, etiā si peccata cōmiserit innumerabilia, modo nosipso ei dedamus, mō accedamus, nec negligamus, re ipsa experti sciemus eorum quę proposui veritatē oīm. Nihil penitus nos dolore affice re poterit, si oīone ītentā exquisitamq; habeamus, quicqd em̄ acciderit, facile per eius orationis facultatē repellemus. Nec mirum si casus humanos tollere vires possunt orationis, quādo & ipsam peccatorum naturā extingunt, & cōpendio excidunt, ac delent. Ut igitur vitam cum facilitate agamus: & quæcumq; peccata contraximus, omnia rei ciamus, & fidenter, ac ardenter apud Christi iudicis nostrī tri bunal constemus, hoc assidue nobis ipsi medicamentum p̄paremus, ex lacrymis studio, sedulitate, pecunia compositum. Ita enim efficietur, vt perpetua valetudine bona fruamur, & bona illa futura obtineamus, quæ vtinam omnes nos consequamur, gratia et humanitate domini nostri Iesu Christi qui cum patre vivit, &c.

HOMILIARVM IOAN. CHRYSOS. DE INCOMPREHEN
sibili dei natura, quas scripsit cōtra Anomēos hereticos, Theodoro Gaza Thes
alonicensi interprete,

FINIS

AD THEODORVM LAPSVM. Fo. LXXVIII.

AD REVERENDISSIMVM PATREM, ET ILLVSTRIS
SIMVM PRINCIPEM D. ALBERTVM ARCHIEPI
scopum Mognuntinum, Cardinalem et c. Marchionem Brandenburgensem
&c. in priorem Parænesim ad Theodorum Lapsum diui Chrysostomi, Guol.
Fabritii Capitonis præfatio.

Onuerū Parænesim priorem diui Ioannis Chrysostomi e Græco
& peruetusto codice, quam scripsit ad Theodorum desertorē vitæ
monasticæ. In qua vtitur vir eloquētissimus viribus mirificis persua
dendī, tanq̄ declamaret in medio scholæ, quod cū veteribus ferme
fuit receptissimū, qui dicendi facultatem, cum scientia scripturarum
ex æquo cōiunxerunt, tū maxime inter Græcos Chrysostomo, &
inter Latinos Hieronymo. Vbiq; enim omnia vterq; Rhetorico spū inflat. Finxe
runt autē aliquando vel aduersarios, ad quos deinde hostili aīo affectarent, velut in
acie de vita periclitates, vel amicos egētes, aut mōrōre subleuantes aut ad laborem
stūmuli, aut ab errore p̄cepti, aut aliarum rerū ac Christi dogmata pertinentium,
quos argumētis perq̄ dēsis admirabili copia, atque felicitate tractatis, tantū nō com
pulerunt ad gaudia mentis, ad industriā, ad recti obseruantia, & quocūq; eis visum ē
vt ea opera facundiā a torpore, ab insolētia flaccescētē vindicarint, qua nihil vspiam
facilius, nisi vsu assiduo tueatur, sitū cōtrahit. Quibus postea p̄texerūt honestos tū
tulos, propter artis suspitionem evitandā, quæ persuasa semel fidē derogat, diuerso
nimirū studio ab huius ætatis professoribus. Quēadmodum em alienissimi sumus
ab omni artificio, ita viderī cupimus nihil absq; artificio p̄estare. Adeo gerunt oīa
expræscripto, coaceruatis perturbate multis scripturę dictis, nihil ad rē faciētibus.
Toties Aristotele, toties Iustinianū, toties quæstiones, argumēta, replicas, docto
res, atq; iterum doctores, & id genus bis mille nugas μετεφρενεῖοι crepamus. Sicq;
fieri oportere omni, quod aiunt, pede vulgo cōtendūt, quasi Christus humano p̄
fidio fidat, & veritas suas nō habeat vires, & in cantamēta, quibus se insinuet, nisi fu
cis nostris inficeretur. Quī nobis apostolicū pectus editis librīs referunt, aut scriptu
ras ad Christum collimātes enarrant, aut de fide rationē sobrie pureq; reddunt, aut
in hoc oratorio cāpo latissime peruagātes, de fide, de pietate, de moribus inculpa
tis, de tolerantia, & id genus Christi p̄ceptis neruose et efficaciter disserūt sine in
pudētia definiēdi quidlibet. Aliquādo bene fateor ad pugnā icitabātur malorū per
fidia, verū interea nō semel imaginatione, quē cōficeret Antēū Herculea fortitū
dine statuerūt, causa stili videlicet. Stilus em vt facultatē dicēdi gignit, ita fidissimus
custos est adeptæ. Neq; erāt illi coartati, vt nos in augustias των δευτερων Libertas
fuit obseruatis Christi decretis, quaquauerum expatiādi, quatenus iudicii sanitas
patet, quam sumpserunt admodum moderate viri grauissimi, nihil aliunde, neq; ine
pte fabulosum, neq; ampullōsum turgidum ve admiscētes, adeoq; eruditōne p̄raci
pue Græci dissimularunt. Et quantum scio latini quoq; p̄æter vnum Hieronymū,
atq; alterum Augustinū aliquanto, vt videtur, Φλοτιμοτεροι, tantum sibi permis
serunt scripturarū abuti p̄æjudicio, sed multū prudēter Vnde prudēti regula discre
uerūt iter diuina decreta, & placita homīm, nā hæc icerta sunt, illa autē expugnabilis
cōstatiae, cōtra q̄ neq; āgelo credendū. Quod em homini visum ē in horas mutatur
quātū quoq; p̄æfidio της τύπων φασι cōmuniatur qđ aut emdei ēnā utiq̄ vitiaabitur.
In opinonib; distantio σύγγραφαι in veritate sunt ως απανθομονθοι Singuli dotes suas
habēt, q̄ i vnū haud facile vñq̄ coalescūt, itaq; qui eas molit cōmittere, nihil agit.

DIVII OANNIS CHRISOSTOMI HO MI. V

Omnibus perturbatis cōpingit corpus inæquabile, parum cohærens, p̄digiorum. Sicut in æthnicis autoribus rāfā. + dīa pro sunt hīs demū m, quī ea ad memorīæ prē sidūm comportarunt, suisq; cellulīs distinxerunt, cæteris non item. Nam ad noxiā am scientiæ persuasionem sciolos plerumq; cōfirmant, quasi omnium rerum possi- deant doctrinam, etiā si nihil dum vel extremis, quod aiunt, labijs delibarūt, quod propriè mereatur vocabulū doctrinæ. Nemo ex Gratiani Miscellaneis imp̄etum, & ardorem Hieronimi, vehementiā Chrysostomi, Hilarii subtilitatem, dignitatē apostolicam Cypriani intelliget, Gratiani autem & Isidori studium nemo non in- telliget, sed vir dōλεγyōz ad compendium forte memoriæ suæ illa consarcinavit, aut si in publicum scripsit, ita scripsit, vt nemini præiret, etiam si nunc eius sententia ipsiis Christi oraculis equetur. Quis ex Petro Lombardo vnius dotes ex veteribus unquam aspiciet præter q̄ Augustini, si tamen Augustinum expressit? Quando quidē verbū tribus, aut quatuor decerp̄tis, quæ robur obtinent, a corpore potissimū ora- tionis & ab ipsa constitutione nihil certi poteris adumbrare, nisi per q̄ tenuissimū. Auulsum enim a reliquo corpore mēbrum, exangue est & inutile. Adde quod stro- phis interim callide ludunt autores, arguto lectori satis loquuntur, sed saepe admo- dum cautim, vt simul ansam calumniæ celent eos, quibus ad nocēdum præter occa- sionem nihil deest. Quare perlecti etiam fallunt parum attentum, imo nūq̄ intelliguntur, nisi ab eorum pharsi assuetis, quanquā ausim polliceri in hac vna Parænesi multum indolis diuinī huius vīri aper tum. Etenim summa æquitate vna librat con- traria, nī mirum pœne seueritatem, & clementiam iudicis, atrocitatem criminis, & ve- niæ promptitudinem, ex peccato, de quo non resipis, totā gehennā, & ex resipiscē- tia semel vniuersam remissionem. Neqnis iracundū, plagosum, vindicem deū ac- cipiat, aut ediuero præsumat impunitatem malorū, nondū extritorum per pœnitē- tiā. Videor mihi olfacere, cur Ambrosius Calmadulensis ab hac vertenda manū abstinuit, cum postiorem ad eundem vertit, & libellos in Græcis codicibus huic nostræ premissos. Difficultas quæ maior inest, q̄ in alijs. propter argutissimos gr̄- phos disputationis, tā doctum vīrū non videtur submouisse. Deterruit opinor, alse- ueratio quarumdā opinionum, quæ cum dogmatibus vulgaribus pugnat, cuiusmo- di est, vt vnum proferam post remissam culpam relictī debiti exsolutio, quam exigi- mus inexorabiles, quasi deus non esset parator ad condonādum, quam sunt exaspe- ratæ mulierculæ. Videmus enim, quod interim verbulo placātur & mitescunt, pres- fertim si sedis, si te submittis stomacātibus. Sed & vir magnanimus iniuriā suam nō ita exacte vlciscitur. Hanc Parænesim, quoniā ἀδιατοπ̄ reperi, & tamen ob inui- sam morosulīs istīs tractandi dignitatem & libertatem patrono eget nō vulgari, sed qui potestatem habet, vt obscura, maiestate illustret, vt inuisa, gratia adiuuet, vt im- becilliora subfulciat autoritate, tibi dīcaui, Reuerendissime pater, illustrissime prin- ceps, quo nemo est alias huic muneri magis idoneus, quē æquali nīsu ad summa oīa formarū begnīna rerū parēs natura, & fortuna ceteris nō raro iniquior. Illa gen'ā plissimū dedit, ingenium acre, corpus elegans & integrum vīribus. Hæc vt liberis i- peres, vt principibus antestes potentia nō minus, q̄ prudētia, & splendore virtutis, vt ecclesiastica dignitate inter columīna fidei p̄cul emīneas, vt vnum duntaxat p̄o- tificē Christi vīcarīū agnoscas ī terris superiore. Et p̄be functū officio Mecenatis existimabo, si meā hanc opellā, vel obiter īspexeris, qđ nolī intēpestiuus īpetrē, sed tū demū vbi licebit, & oīiū suppeditabit tuę celsitudini tot districtę curis, tot nego- ciorū vndis obrutę. Valeat reueredissima, & illustrissima p̄nitas tua, & studia Cas- pitonis ornare, vt cepit, alterq; pgat. Basilez. XVI. Calend. Decēb. āno m.d.xix.

AD THEODORVM LAPSVM FO. LXXIX.
PARAENESIS PRIOR DIVI CHRYSOSTOMI
AD THEODORVM LAPSVM, GVOL
PHANGO FABRITIO CAPI
TONE INTERPRETE



Vís dabit capiti meo aquam, & oculis meis fonte lacrymarū? Quod in tempore quidē nunc dixerim, longeq; tempestiuū, quam tū propheta ille, tametsi multas ciuitates deflere, aut vniuersas gentes, consilium nō est. Animam tuam deploro, numerosissimis, adeoq; amplissimis populis adæquatam dignitatem, imo multis nominibus dignorem. Quandoquidē vnus iste melior est, qui dei volūtatem amplectitur, quam sunt decem milia transgressorū. Melior nimirum, & tu pridem fuisti infinitis Iudæorum millibus. Qua de causa nemo mihi vitio verterit, si ex propheta luctum acerborem assumā, altioremq; dolorem ostendam. Equidem nec ciuitatem aliquā etersam lugeo, neq; viros iniustos in ius victoris coactos. Quinimo sacram animā lugeo destitutam es, se, deploratamq; ac templum demolitum, atq; extinctum, cui Christus nuper p̄r̄fuit, hoc est ornatu cogitationis istius, quē modo exussit diabolus. Quis honestus & clarus non ingemuit qui incidit in ploratum prophetæ, qui animaduertit barbam manū sancta sanctorum prophanasce, & subiectis ignibus perdidisse omnia, cherubim, arcā, tabulas lapideas, vnam auream. At qui damnum istud ille est tanto pernitosius, quo illorum significatio preciosior, quæ ad tuā ipsius animam pertinet. Tu es illo sanctius templum, quod neq; auro, neq; argento, sed ex gratia spiritus resplenduit, & in vicem cherubim, atq; arcæ Christum & huius patrem, simulq; consolatorem habuit conuersante in tra ipsum, at non amplius habet. Vastū nunc est desertum, ac deformis nuditas a pulchritudine, ac decoro pristino, quando diuinum & incredibile ornamentum detractum est. Desertum plenū periculis, ac sine custode. Ibi nec ianua, nec pessulum, omnia omnibus patent corruptoribus animæ, turpibus animi dijuctoribus. Si superbia, si scortatio, si habedi libido aditū captat, nemo prohibebit. Princípio quemadmodum cœlum est inaccessum omnibus, ita fuit puritas cogitationis tuæ. Et forte videor incredibilia dixisse ijs, qui viident destitutionem tuam, & subversionem, propterea doleo & lugeo, nec in hac aduersitate cessō, quo usq; te in pristina alacritate video. Hominibus hoc esse supravires apparent, deo tamen omnia in manu sunt. Is est enim qui erigit e terra mendicum, & e stercore exaltat pauperem, vt sedeat cum principibus, cū principibus populi sui. Is est qui facit incolere sterilem in domo, matrem propter liberos lætantem, Itaq; ne desperes ad optimā cōmutari, Quod si cacodæmotatū potuit, vt te a vertice illo & fastigio virtutis in extremnm malitiæ detruideret, multo magis deus in pristinam te poterit vindicare libertatem, neq; in eam solum, sed tibi multo felitorem, quam fuit priro, perficere. Tantū ne relabaris, ne excindas spes ap̄las, ne in te admittas, quæ impiis accident. Nunquam enim peccatorū quamlibet exuberans copia in desperationem coniicere solita fuit, sed cum illis impiā habere animam. Propterea Salomon non dixit simpliciter, quisquis venit in profundū malorum cōtemnit, sed nominatim inquit, impius, quia illorum tantum est ille morbus. postq; in profundū malorum descenderūt, Et hoc est, quod nō permittit eos respicere, neq; eo reuerti, unde exciderant. Nam flagitiosa disceptatio perinde, atq; collarium in cumbit in animæ ceruicem, & compellens oculos in terram demittere, prohibet ne ad dominū suū suspiciat. At qui viri est perq; generosi, pleneq; admirabilis cōtereret huiusmodi

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PARAENESIS PRIOR

lignum, & impositum sibi lictorem deturbare, adeoq; dicere prophetæ verba, Quē admodum oculi ancillæ in manus dominæ suę, sic oculi nostri ad domínū deum nostrum, donec miserebitur nostri. Miserebitur nostri domine, miserebitur nostri, quoniam multifariam repletis sumus despectione. Hæc sunt diuinæ disciplinæ & supremæ philosophiæ vere dogmata. Repletis sumus, inquit, despectione, & infinitis rerum tristium procellis quatimur, neq; tamen prohibemur a suspicioendo ad deum. Et priusq; naçtis fuerimus postulata, non intermittimus eum orare. Hoc est nimirum animi generosi, non consternari, nec a spe discedere propter vim incidentium malorum, neq; referre pedem, propterea quod subinde precādo nihil emolumenti persensit, sed perdurare quo ad misereatur nostri, iuxta beatū Dauid sententiam. Quare diabolus in variis desperationis cogitationes nos immittit, quo excludit in deum expectationem, hoc est ancoram tutam, substantiam vitæ nostræ, manuductionem in ea via, qua in deum ferimur, salutem perditarum animarum. Ipsa enim spe, inquit seruabimur. Si quidem ea ipsa est catena aurea & firma, qua de cœlo propensa subducimus animas nostras, quæ breui sursum in illud summum fastigium retracta, eos qui ipsam fortiter manibus seruant, euellit & rapit supra fluctus presentis vitæ, omnium longe periculosissimos. Quamobrem qui mollis per indulgentiam hæc sacram ancoram amittit, cōtinuo decidit & suffocatur, submersus in profundum malitiæ. Quæ cum agnouit versipellis, poste aq; ipsi nos cōscientia malorum operum onerauimus, tum ille reuersus, ingerit cogitationem omni plumbo grauiorē, qua vergimus ad extremam salutis desperationem, qua semel suscepta, continuo deprimitur pondere, & omissa catena illa, delabimur in ultima malorū. Quo in rerum statu dudum es, qui reiecto mādato dominī tam mansueti, tam humilis, istius tyranni & sine foedere nostram salutem impugnat, atrox imperium sustines. Benigno iugo dissipato, abieciō q; leui onere, in vicem illorum ferreis vinculis collum insertasti. Et quod amplius est lapidem molarem, quem asinarium nominant, de tua ipsius ceruice depedisti. Vbi igitur subsistes in posterum, qui demersisti in tam vastum mare animā miserrimam, quum ipse tantam tibi necessitatem quæ cōtinuo deorsum cogit, vltao induxisti. Mulier itaque illa, quando inuenit vnam drachmā, vicinas conuocauit participes læticiæ, Gratulamini mihi ait. Evidem amicos omnes & meos, & tuos in rem plane diuersam cōuocabo, non dicam gratulamini mihi, sed lugete mecum, ploratus illos assumite, ac triste & flebile quiddā nobiscū exclamate. Maximā nimirum iacturam fecimus, non quia tot aut tot auritalenta e manib⁹ exciderunt, neq; quod magna vis lapidum preciosorum, sed quod is qui omnium illorū est preciosior, nauigans nobiscum hoc mare magnum & vastissimum, nescio quo pacto excussus, ad profundum perditionis proruit. Si qui me tentarint aluctu seducere, ijs hæc verba prophetæ respondebo, dicens, Omittite me, amare flebo, consolari me non potestis. Evidem huiusmodi luctum lugeo, qui nobis immensam vim lacrymarum adducit, de quo haud dubium neque Paulum, neque Petrum puduisse lugere a copolare, omni cōsolatione reiecta. Quandoquidem hanc communem mortem deplorantibus, quispiam facile paucis multum animi reddit. Cæterum quando vice corporis anima morti succumbit, infinitis confecta vulneribus, vbi cū morte bona forma, que prius apparuit, & habitus & pulchritudo omnis extincta est, quis tā durus, tam alienus a cōdolendi affectu, qui in locum fletus, & lacrymarum sermonē sesolangentem queat adducere? Quemadmodum illic non lugere, ita e diuerso hic lugere, philosophiæ est. Qui ad celum præuenit, qui seculi huius unitatem irr̄isit, qui formā corporum non aliter atq; lapideum simulacrum inspexit, qui aurum vt lutum, deli-

tias omnes vti cōenum cōtempsit, ille nobis ex insperato, febre correptus absurdæ concupiscentiæ, sanitatem, virile robur, speciem omnē perdidit, seruusq; factus est voluptatum. Hunc itaque num iure obsecro deplorabimus? nū plangemus, donec eum nobis iterum asseramus? Alioqui quis esset in nobis sensus humani animi, nam corporeæ mortis destructionem nemo hic inueniet, id tamē lugentes a lamētis nihil cohabet. Cæterū vnius animæ mors hic aboleri cōtingit, In inferno enim quis, inquit, confitebitur tibi? Quo igitur pacto nō maximæ est flagitiæ, tam incuriose ferre animæ interitum? Qui corporis mortem lugent tāta id solent vehemētia, quanq; vident quod defunctum lacrymis invitam reuocare nequeant, & nos nihil tale exhibemus, qui scimus spem esse de anima in pristinā vitam reducenda. Siquidem complures & hac teēpestates, & progenitorum nostrorū seculis, qui ordinis sui desertores, & efrequētata via præcipites eunt, tāta alacritate resurrexerūt, vt priora sequētibus facile celarent, palmāq; corriperent, ac redimiti corona cum vīctorib; prædicarentur, ac in cōetum beatorū allegarētur, qdū tamē quis in fornace voluptatum constituit, etiam si exēplis abundat infinitis, ipsi res esse supra vires apparet, ceterum si vel leuiter cœpit illinc egredi, idētidem procedēs, vim ignis a tergo relinquit, videt q; antese & ad pedes propemodum viam roscidā, atq; eximiæ facilitatis, tātum ne desperemus, ne dubitemus de reditu ad superos. Etenim cui deest fiducia, is frustra possidet vel infinitā ac fortissimā animi promptitudinē, Januā enim sibi resipiscēdi semel obfirmauit, & ad curriculum additū interclusit. Quis potest autē foris manens præclarum facinus designare? Quapropter malignus nihil non tentat, quo nobis hanc diffidentē cogitationē īferat. Etenim non est sudādi ei: neq; amodo opus habet industria, vt nos oppugnet, nimirum lapsos & tacentes, quibus nec reluctādī consilium superest. Qui vero vinculis magna vīruptis receperit pristinum robur, & in rebus istis perditissimis non est aeturus quietem, sedulo diabolo reluctans, sit vel millies lapsus, surget iterum, & hostem conficiet. Cæterum qui cogitat desperatio nis impeditus, animoq; fractus est, quomodo abibit vīctor? quomodo reluctabitur? quin abiecto, quod aiunt, clypeo. mox fugā capescit. Cae dicas, ijs tantum veniæ locum cōcedendi, qui modice deliquerūt. Nam finge si lubet, aliquem vniuersa malicia redundantem, qui patrarit omnia, que a regno excludunt, is vt demus nō sit extra fidem, sed fidelis aliquando fuerit, acceptusq; deo, postea vero factus scortator, adulter, mollis, paedico, fur, ebrius, calumniator, aliaq; id genus flagitia sedulo committat, equidem illi nō ero desperandi autor, neq; si perseverauit ad extremā usq; se neētam cum infandis illis, maximisq; vitijs. Quod si morbus esset ira dei, non iniuria quis a spe decideret, perinde atq; cōcitata tantis facinorib; flamma deinceps restinguī nequeat. Cæterum diuinū numen quia liberum est a perturbationibus, & punit, & in promeritos animaduertit, neq; tamen vlla vltionis cupiditate vñq; tangitur sed amorem potius ad nos id faciens præ se fert, magnāq; curam. Bono esse animo addecet, & cōfidere de virtute resipiscētię. Siquidem illis qui in ipsum deliquerunt, non solet propter suam contumeliā immittere, aut quicquam incōmodi in hanc naturam inducere, sed omnino ad nostrā spectans vtilitatem, videlicet ne peruersitas nostra, aut in peius abeat, aut cōtemnat despiciatq; illius benignitatē. Quemadmodum is qui e conspectu lucis ultro secedit, ea damnum non dedit, sua potissimum ipsius culpa coniectus est in tenebras, sic qui solitus fastidire virtutem dei omnia potentem, ex ea quidem nihil mali habet, summū autem exitiū ipsi aduexit. Hac de causa deus flagella nobis minatur, et interim adducit, non vt se vlciscatur, sed vt nos ad se trahat. Medicus enim propter contumeliam mente captorum non dolet, neq; mo-

DIVIIOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIA.V.

Certe nihil aliud quam gypso incrustatum sepulchrum esse dixeris, bonam corporis formam, modo exacte cognoscas, tam diuersis oppleta est intus sordibus. Deinde & pannum reiectum, quem cum vides implicitum, tenere simile quiddam pituitae aut fluorae, cuiusmodi, cuiusmodi ex ore vltro destillat, quemque ne summis quidem digitis audes attingere, imo ne intueri quidem, sed ad plicas eius, & coniunctiones intimas conuertens visum, exhorrescens nauseans. Huiusmodi est si penitus expendis corporis venustas, quae conferta est putore & sanie multa, ceterum ista tua dignitas, qua pridem clariisti, erat multo alia, si cut enim terram coelum, sic ea formam corporis euanidam exuperat, quinimmo & coelo ipso est illustrior, meliorq;. Aiamenima corpore exutâ nemo vspia vidit, aliunde tamen eius tibi demostrare decorem tentabo, a potentissimorum maioribus, audiigitur quomodo virum desyderiorum consternauit illarum decor, nam demonstratus earum pulchritudinem, neq; corpus cui componeret potuit inuenire, ad metalli materiam profudit, qua nihil dum contentus, fulgurationis vim acerrimam in exemplum quoq; asumpsit, quare cum substantiam angelicam nec puram nec nudam vidit, sed obscure ad modum & obiecte, sic tamen eam illustrauit, vt decuit apparere, exposita extra omnem velamentum. Eiusmodi quiddam etiam de pulchritudine animae cogitasse phas est, Erunt enim inquit, angelii in corporibus leuiora & tenuiora, quae secesserunt ad viâ ferentem super corpora, quo nomine meliora magisq; admiranda istis creduntur, ergo terra, coelum, & aqua, ignis, & lapidib; stellae sunt speciosiores, & iridem potius quam violas, aut rosas, aut quoslibet flores terre admiramus. Sic nimorum illis omnibus Christianae animae facies perfulget, sed & modis omnibus, ubi oculis corporis licet contueri speciem huius, deridicula viderentur, quae cuncte exempla rebus crassis & visibilibus desumperimus. Vsq; adeo tenuiter deliniant incomparabiles animae dotes & venustatem. Cuimusmodi possessionem & felicitatem ne negligamus, maxime quia facilis aditus nobis ad illud pulchrum consequendum datur per spem futurorum, continuo enim leuisculum afflictionis, graue & inestimabile pudus gloriae perficit, nobis videlicet considerantibus non quae videntur, sed quae non videntur, nam quae videntur temporaria, quae autem non videntur, eterna sunt. Quid si afflictiones, quas nosti, faciles portatu, leuesq; nominauit beatus Paulus. propterea quod non respicitur ad ea quae videntur, quanto procliuus erit eo ingenio petulantia restituere. Nam ad pericula te non vocamus, quae a multis interim obeunda sunt, neq; ad mortem quotidie obeundam, neq; ad perpetuos labores, neq; ad flagra, neq; ad vincula, neq; ad inimicitiam cum orbe terrarum sine foedere gerendam neq; ad odium domesticum, neq; ad vigilias frequetes, neq; ad longam peregrinationem, neq; ad naufragia, neq; ad latronum incursum, neq; ad insidias cognatorum, neque ad affectum doloris pro fortunis amicorum afflictis suscipiendum, neq; ad famam, neq; ad algores, neq; ad nuditatem, neq; ad experimentum aliquod durum, neq; ad animum consternatum, de rebus tuis alienisve confoundendum, interea quidem a te nihil harum rerum requiro, tantum studio deo maledictam seruitutem amouere, pristinamq; reducere libertatem, quae quidem libertas exacte nouerat & agnouerat, quanta sit intemperantiae poena, quodque premium superiori vita probae futura est. Nam incredulos de resurrectione ex mortuis, leuius commoueri, nullumque metum sentire, non admodum est admirandum, sed quod nos qui credimus quae hic sunt, vel potius ea quae alibi prospiciemus, tam miserevitam transfigimus, tam calamitose, & earum rerum memoria nihil excitamus, exuti prorsus omni sensu, istud quidem longe est omnium absurdissimum, maximeque obstupescendum, siquidem credentes, quae sunt

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PARAENESIS

incredulorum designamus, parum dixi, multo nimirū indigniora, quam illū perpetramus. Sunt enim inter illos, qui secundum virtutem huius vitæ clari extiterunt, q̄ nobis esse debet vehemens admonitio. Num deinceps venia iure negabitur? Naufragio enim periclitati, mercatores ferme, nihil cum concidunt, eandem viam audienterum tentare, quanquam ex incuria id non euénit, sed ex vi ventorum ineuitabile damnum pertulerunt, & nos contamur semel frustrati, rursum accigi negocio qui scimus ante ultimum vitæ momentum nihil desperandū, qui prænouimus, nec naufragium nec damnum incidens, nisi volentibus accidere. Quid abstinemus manum? quid cessamus? quantus pudor sic resupinos consertis inter se mutuo manibus iacere, atque utinam inter se consertis, & non contra seiphas commissis. Quod quidem insignis est insania non minor, quam si quis eorum, qui in harena pugnis decertant, omisso aduersario in suum caput manibus irrueret, faciemque cōtunderet propriam. Ex insidijs nos obseruat diabolus, & incautos in magnam abducit periciem, quare neesse est, ut resistamus intrepidi, ut caueamus ne iterū subripiamur ad pericula, ne ipsi nos in præcepis collocemus, ne cicatricē ab illo inflictam nostra culpa refricemus. Quandoquidem beatus Dauid casu decidit non leuiore, quantum modo, immo non tantum æquali, subinde enim aliud flagitiū adiecit, nempe cedem atrocissimam innocentis Viriae. Quid igitur? Num prostratus nihil amplius tentauit, quo resurget? Nunquid forti animo arma resumpsit aduersum inimicū? Adeo enim constanti pectore est ei reluctatus, ut & mortuus filij suis præsidio foret. Nam Salomonī commerito mille mortes propter Dauid, deus scriptum est, reliquit regnum integrum, cum sic loquitur. Scindens scindam regnum in manu tua, & dabo istud seruo tuo, verum temporibus tuis id non faciam, propter Dauid patrem tuum, et manibus filij tui istud accipiam. Ipsi denique Ezechiae periclitatu vltimo discrimine, quanquam iustus esset propter beatum illum virum, auxilium permisit. Protegam eam inquit urbem, ut seruem eam propter me, & propter Dauid seruum meum, tanta est pœnitentiae virtus. Porro si eius sententia fuisset, cuius tunces, demum non posse deinceps placari, & si dixisset, affecit me honore eximio, allegauit in numerum prophetarum, & imperium in contribulos concessit periculisque infinitis eripuit, quo itaque pacto continget, ut eum iterum placem, cui post tanta beneficia sum aduersatus, omnia pessima temere perpetrando? Huiusmodi si unquam venire in mentem permisisset, non solum non attigisset ea, quæ inde praestitit, sed etiam priora insignia dissipasset. Neque enim sola corporis vulnera dum negliguntur, inducunt mortem, sed etiam ipsius animæ, & infirmitas nostra tanta est, ut illius plagi accuratissime medeamur, huius autem obstinate contemnimus, quod corpori malum immedicable sæpen numero accidit, nihil tamen de salute desperamus, quin dicto medicorum audientes, quanquam morbum pharmacis abolere nequeunt, studemus tamen ex verbis eorum qualencunque possimus cōsolutionem venari. Animis hic nullus est morbus deploratus, quoniam naturæ viribus non subsistit, & perinde negligimus huius incommoda desperato salutis obtentu, tanquam ad nos nihil pertinerent, inde quidem existit, quo detrudimur in barathrum desperationis. Quemadmodum ægrotos, qui bona spe sustinentur, salubriter curamus, propterea quod nihil in eis, de quo dubitandum videatur, ita ab illis abstinemus, quod animum ad sanitatem prorsus abiecerunt, eosque nolumus accipere curandos, tanto diligentiores corporis, quam animæ curam habemus, quo sit, ut nec seruare corpus valeamus, optimo quidem iure, nam qui neglecto potiore, de minutis omni sollicitudine distracti, vtracq; dissipat & perdit, ceterum qui ordinem, cui maxima

virtus custodit, & quod prius est, maxime curat, altero, quod est vilius posihabito, p potioris qdē salutē seruat etiā posterius. Sicut & Christus insinuare videt. Ne tis meatis, inquit, eos qui occidunt corpus, animam autem nequeūt occidere, quin potius timeatis potentem & animam & corpus perdere in gehennam. Fortassis tibi p nos persuasum erit, nunq̄ esse negandum redditum animae ad sanitatem a morbis tanq̄ desperatis. Non absurdum itaque videtur aliorum iam cogitationes rememo rare. Quamlibet ipse animum abieceris, nos vtq; spem de cōsequenda sanitate tua, nunquam vocabimus in dubium, neutiquā enim id nobis permittemus, quod solemus alijs vītio vertere & multum interest, vtrum a spe ipse te submoueas, an ab alio submouearis. Etenim ab alio in eum torpore detrusus, non raro celerem veniam obtinebis, atis qui sibijs p̄si omnem ademit fiduciā, nunq̄ inde confidet. Et quid ita? quia nemo alterius studia resipiscientiamque in manu habet, suorum autē potestatem oīno tenet, atquī nihil dum tantope p̄cludimus sperādīviam, quanquā infinites ignauia hac laboraueris, forte dabitur aliquis in virtute regressus, & de malicia veteris vīte reconciliatio. Audi sequentia, Nīnīuitæ audita prophetæ inuectiōne & misis qui ait, Adhuc tres dies, & Nīnīue subuertetur. non ita consternati sunt, quanq̄ nihil spe vīpiam fuit deo precibus impetrando, imo potius contrarium habuerūt suspicari ex oraculo. Nam non erat dictum cum aliqua disiunctione, sed aperta sententia, & nihilo secius tantam exhibuerunt p̄cōnitentiam. Quis sit, inquit, si p̄cōnitabit & consolabitur nos deus, & auertet animum ab indignatione, neque nos pereamus, & vīdit deus opera eorum quod submoti essent a vijs suis peruersis, & p̄cōnituit deum super afflictione quam locutus erat, se ipsis facturum & non fecit. Homines illi barbari & imprudentes tantum potuerunt intelligere, multo amplius conuenit vt nos idem perficiamus, qui diuinis decretis, totque exemplis eruditissimus, qui tam in verbis, quam in operibus quoīs populo plus perspeximus, Consilia, inquit, mea non sunt vt consilia vestra, nec vīæ meæ sicut vīæ vestræ. Quantum abest a terra cœlum, tantum distant iustificationes meæ a cogitationibus vestris: & consilia mea a vestris consilijs. Porro nos ministri qui se penumero deliquimus, in melior rem frugem proficiisci stipulati sumus, quamblande, reuersi, suscipimus, quāta gloria cohonestamur, & nos non raro delabimur in maiorem licentiam. Nō quidem in eum causam a deo describimus, siquidem vbi deus in hoc nos creasset vt perderet probe quidem id pernosse, iureq; dubitasses super propriā salute, cæterum quia nō ob aliud quam propter bonitatem nos produxit, quo bonis fruamur sempiternis, atque in hoc omnia facit, omnia molitur in præsentem horā vsq; quod factum ipsius idoneum est, nos dubios reddere? Vehementer eum exasperamus, qualiter alio qui nemo alijs, quo fit, vt ea de causa maxime oporteat abstinuisse sceleribus, duci p̄cōnitidine super peractis, multumq; specimen p̄btere animi demutati. Quando quidem nihil est quod in nos queat, soleatq; illum ipsum semel perinde irritare, atq; in posterum nolle reflexisse in viam, nam peccasse est humanum, perdurasse autem in flagitijs non humanum est, sed penitus diabolicum. Consydera quanto maiore stomacho deus id ferat apud prophetam, Scriptum est enim, posteaquā ab eo defecerint omnia. Ad me, inquit, reuertere, neq; reuersus est. Et econtrario iterum adni tens demonstrare, quam benigne lancem, quæ continet salutem nostram, inclinet, vbi post tanta tāq; enormia delicta se receperūt recta incedere, cū id audisset inqt. Quis dabít vt sic parētur corda eorum intra ipsos quo me timeant, custodiant p̄cepta mea oīni tempore, vt eis bene sit & filijs eorum per seculum. Præterea Moyses subscrībit. Age, inquit, Israel, quid dominus deus a te petīt: vt timeas dominū

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PARAENESIS

deum tuum, vt ambules in cunctis vijs eius, & vt ames etum. Quare qui captat omnibus modis vt a nobis ametur, & in hoc omnia facit, neque vnigenito propter amicitiam nostrā pepercit, vtq; ipsi aliquid reconciliemur, tam amabilem rem præstítit, quifieri possit vt resipiscētes non admittat, vt non redamet. Audi quid per prophetam dicit, Dic, inquit, tu iniūcates tuas prior, vt sis iustificatus, & hoc quo in amicitiam fortiter ardeam, expetit a nobis. Qui est amore captus, si ipsum ijs quos amat, afficiunt quamlibet graui contumelia, nondum extingui sustinet concupiscentiam, nullius rei gratia illatas iniurias in medium festinat proponere, quam vt solido ipsius amore demonstrato, arctiore eos dilectione obuinciat. Quoniam autem, confessum esse peccata, tantum afferit solatijs, quantum putas allaturum, per opera diluisse. Nisi sic foret, & a recto cursu semel deflectentibus pateret redditus, quotus tum quisq; ex tot hominum millibus in cœlum introisse videbitur, præter admodum paucos, qui supra nos, iam nunc sunt coaptati in numerum bonorum. At qui maxime refulgentes inueniemus post lapsus enormes, qui magnum impetum in malitia præse tulerunt, eundem rursus adhibuerunt sæpenumero rebus optimis, perpensis apud se debitiss, quibus sunt velut obstatí per sua ipsorum malefacta, quod & Christus ipse illustre reddidit, vbi Simoni de muliere respondet, Vides enim, ait, hanc mulierem, sum ingressus domum tuam, aquam ad pedes meos non dedisti, ea autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis absisterit, osculum mihi non dedisti, ipsa vero ex eo tempore quo intrauit, non intermisit pedes meos exosculari, oleo caput mihi non vnxisti, haec autem vnguento pedes meos inunxit, Non temere dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Ceterum cui parum remittitur, is parum diligit, eiq; dixit, Remittantur tua peccata. Quare aduersarius cum his rebus cognitis, plane intelligit eos qui malefacta quantumlibet immania perpetrarunt, vt primum cœperint pœnitere, quod maiore studio id faciunt, tanquam conscijs delictorum suorum, vehementer timet ac formidat, ne quando rem exordiantur. Gradu enim facto, amplius detineri nequeunt, conflagrant per pœnitentiam tanquam vehemens ignis, & auro puto puroque animas suas puriores efficiunt, tanq; vento rapido conscientię, ac memoria precedentium peccatorum, in virtutis portum conuehuntur. Ethoc est quod peccatores plus possident, quam qui nunquam ceciderunt, quoniam maiore alacritate redditum tentant, tantum rem, vt sic dixerim, auspicetur. Nam arduum est & difficile factu, posse ingredi clivumpiimum, & vestibula contingere pœnitentię, & inimicum illuc exufflantem ignem & imminentem abigere atq; prosternere, ille autem tanto furore deinceps non digras fabitur, semel exuperatus, ex ea re fortis est qui cecidit. Ceterum nos maiorem alacritatem concipiemos, multaq; facilitate pulcherrimam illam pugnam depugnabimus. Suscipiamus itaq; quod supereft ascensus, recurramus in urbem cœlestem, in qua profiteamur, in qua ciues agere iussi sumus. Nam a nobis spem omnem abiijcere, non solum id malum habet, quod eius ciuitatis portas nobis intercludit, aut qđ in peiorum ignauiam trahit, atque contemptum, aliud habet facile pessimum, intrudit enim in socordiam, cuiusmodi est ipsi satanæ. Etenim diabolus ex nulla re tatus euasit, atque ex prima desperatione, vnde in socordiam ceu per gradus delapsus est. Ut primnm enim anima de consequenda salute dubitat, non sentit amplius quo periclitetur præcipitio, quidlibet faciendo dicendoque contra salutem suam. Quemadmodum furia correpti, desperita semel sanitate capitatis, nihil verentur, nihil eos pudet: intrepide quiduis audent, in ignem, in mare, in prærupta æditaq; saxa impinge conuolant. In hunc modum qui se incuriae per desperationem permisere, dein

AD THEODORVM LAPSVM FO.LXXXVIII

ceps sunt intolerabiles, per auia vitiorum assiduo discursitant, neq; mors imminēs eos ab insanīa deterret, atq; a depravatione infinitis se calamitatibus conficiunt. Quare adhortor, antequam altius ab ea ebrietate commadueris, vt resipiscas, vt resurgas, vt crapulam diabolicā secludas. Si putas esse supra vires, vt vniuersam secludas, & sensim & paululum eius malū atq; iterum paululum deme. At mihi quidē longe facilissimum videtur, omnes laqueos quibus complicamur, simul abrumpere, conferendo nos in palestram p̄cōnitentiae, cæterum quia tibi fortassis arduum appetit, sicut lubet, attingas viam ad meliora ducentem, modo attingas, & apprehendas vitam eternam. Magno siquidem studio precor & oro per superiorem probationē, per istam libertatem vt iterum videamus obmissum animi robur, miserere offensorū per caput tuum, miserere cadentium, & eorum qui facti sunt per te segniores, qui virtutis viam desperarunt. Et nunc quidem ingens mœror occupat fratrum conuentum, voluptas autem & læticia confessum incredulorum, & iuuenum ocio deditorum, cæterum ubi redieris in illam accuratam diligentiam contrarium erit, nostra que ignominia in aduersarios vniuersa deriuabitur. Nos autem ingenuæ reddemur libertati, videntes te iterum cum eximio splendore coronatum preēdicatumque tales victoriae maiorem ferunt & iucunditatem & voluptatem. Non enim propria benefacta mercede pensabuntur, sed quod alij cohortatiōi fuisti & solatio, exēplū est maximum, quisquis in tanta mala inciderit ad resurgentem & ad conquerendum contrase. Ne contemnas tantum lucri, neq; animas nostras ad inferos cum mœro resubducas, quin dederis nobis & respirasse & excusisse nubila pectoris, quæ per tristiciam nos occuparunt, nostris enim malis omisis, tua damna lamentamur.

Quando autem in animum induxeris, resipiscere, dispicere omnia prudēter: & angelicæ militiae connumerari, tum nos a luctu reuocabis, bonamq; partem de peccatis nostris auferes. Qui per resipicentiam iterum exurgunt, magna claritate resplendent, & non raro maiore quam alij qui nunquam ceciderunt, quod primo demonstravi etiā a diuinis scripturis. Eanimiū rōne & vectigaliū exactores, & ipsæ meretrices hæreditate acqrūt regnū cœlorū, ea rōne multi ex nouissimis anferētur priorib⁹, narrabo tibi q̄ nr̄is cōtigere tp̄ib⁹, & quorū ip̄e testis eē valeo. Nouiuene ilū filiū Vibani, qui cōtinuo a teneris vnguiculis absq; custodia fuit educationis legitime, dominus autem multarum rerum, pecuniarum, ministrorum, agrorum. Is cū dixisset, quam sit oblectatus consuetudine rei musicæ, deposito illo splendidissimo amictu, totoq; huius vite fastu, repente pallio se viliore contexit, ad montes ad solitudinem secessit, egregiamq; exhibuit philosophiam non iuxta illius ætatis modū sed qualem posset vir quispiam admirabilis & excellens, deinde ad sacra mysteriorum sacrissima idoneus reputatus, magnam accessionem virtuti adiecit. Omnes gauisi sunt impense, deumq; glorificarunt, quod in affluentia deliciarum enutritus, clarius ex progenitoribus, & admodum adolescens, cunctam huius vitæ phantasiam, fucatamque felicitatem semel conculcassem, & euasisset ad verum fastigium virtutis. Cum esset eo loci constitutus, & nunc iure suspiciendus, ecce corruptores quidam consyderantes id esse præter dignitatem generis, iterum illum in fluctus prisinos abduxerunt. Reiectis iterum cunctis eius vitæ, quæ pridem erant, ornamenti a montibus in medium forum se contulit, & equis vectus & magno stipat⁹ famulatio, totam urbem obiuit, neq; sapere neq; tempate viuere libuit, nimijs enim delitijs incalescens in absurdos amores ceu nolens perpellitur. Nemo erat ex cœtu cōuersantium, qui non de ipius salute putret actum esse, tantum ei examen adulatorū cohæsit cui accesserunt, carentia parentum, iuuentus, multe opes. Qui omnia soleat

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PARAENESIS

calumniari, hominem traduxerunt eo nomine, quod a spiritualibus defecisset, iniutis futurus & rei familiari, quod superiori tempore sermoni & eloquentiae deditus, retulisset pedem, illicque nihil fructus valuerit consequi, huiusmodi quidam crebro occinuerunt. Cum esset itaque multo suffusus pudore, quidam sancti viri qui saepenero in tales belugas impegerunt, & per experientiam probe sunt edocti, quod spe diuina communis nequit quam sit desperandum, obseruarunt eum assidue, visumque in foro accesserunt, amplexique sunt, quos ille principio sequentes velut et sublimi, equo insidens alloquebatur contemptim, tanta erat primum impudentia hominis. At illi misericordes studiosaque in rem, alioqui periturae pueritiae, non ita multum ea contumelia mouebantur, in vnum istud fugientes obtutum, ut quacunque via lupo agnelli subtrahant, & callide perfecerunt. Si quidem post hac aliquando velut obstupescens, itra se abreptus est. Assiduam eorum curam tum coepit reuereri, quoties illos vel procul obuiam factos conspexit, ab equo cito desilijt, & oculis in terram deiectis, cum multo silentio, quae apud illos agerentur, auscultauit, proprieorque factus maiori pudore suffundebatur, & eis habuit honorem debitum. Atque eo ingenio lapsum diuinae gratiae paucis diebus reddiderunt, omniaque ista retia simul expedites, pristinę tranquillitatē philosophiaeque liberum tradiderunt. In tantam autem lucem tunc temporis emicuit, ut superiorem vitam, quem post casum peracta est, incensus, homo nihili videretur. Cum enim probe perspexisset, quae sit malorum esca, distribuit in egentes diuitias oes, eo facto se a noxijs curis exonerans, oem occasionem quem potuit infidias tendere, abscondit. Viam quae dicit ad cœlum incedens, ad apicem virtutis iam dudu penitentia penetrauit. Enille cum esset iuuenis, excidit, & iterum surrexit. Alius quispiam post multos sudores eremiticae conuersationis, cui dūtaxat vnum fuit conuictor, cum quo vixit plane angelicam vitam, ad senectam usque perseverans. Is aliquando ex versutia diaboli velut oscitans ac remissior factus, accessum dedit maligno ad incitandam concupiscentiam, & lapsus est cum muliere se commiscendo, qui nunquam vidit mulierem ab eo tempore, quo se ad monasticam vitam contulit. Principio contubernalem suum orauit, ut ipsi daret carnes atque vinum, adiecit minis, nisi impetraret, in forum se perrecturum, quod dixit non ex desyderio carnium, sed causam & praetextum captaturus descensus in urbem. Commilito eius cum varia curiose dispexisset, formidaretque ne renues, illum in maius flagitium coegeret, permisit ut satissimamente affecto animo. Postque in eo refriguit amor sapientiae, deposita fronte fictionem aperuit, palamque profitebatur sibi necesse esse ut in ciuitatem proficiseretur. Is qui prohibebat, dum vidit se frustra nititur, tandem id etiam concessit, at procul a se status, abeuntem obseruauit, quo nam terrarum eo deflexu descendenter. Vidit autem intrantem lupanar, & cum intellexisset eum commixtum fuisse cum muliere meretrice, expectauit foras, & post absurdem concupiscentiae saturitatem egredientem obuis manibus exceptit, amplexumque ac multum exoscultum, nihil expostulando de commissis flagitiis, tantum est adhortatus, ut expleta iam concupiscentia, in solitudinis domicilium velit reuerti. De tanta mansuetudine pudere coepit, moxque animo perculsus, compunctusque super temere perpetratis ad montem est socium persecutus, eoque loci constitutus vir ille, se casa quapiam conclusit, & eius domunculi ianua obserata, alter ipsi panem & aquam cotidie prebuit, querentibus autem de se, iussit ut responderet se somnum capere. Hec cum dixisset facile inuenit illum ipsum amicum assensorem, seipsum introclusit, perseverauitque illic per omnem vitam in ieiuniis, in precationibus, in lachrymis repurgans animam a sorde peccati. Tempore autem non ita multo peracto, magna siccitas vicinia.

AD THEODORVM LAPSVM FO.LXXXII.

uasit omnes incolæ cum frustra plorarent, quispam ex eis per somnium mandatū accepit, vt abiret ad virum illum inclusum hortaturus eum, quo velit orare, ac dissol ueresiccitatē. Itaque discessit assumpto socio, & inuenierunt veterem illius coniūctorem solum, a quo dum percontātur, accipiunt, quem tum quæsitū venerant obīssile diem, qua in re cum sibi imponi putarent, ad preces iterum conuertuntur, iterū, que per priorem visionem eadem superioribus didicerunt, cīr cumsteterunt deinde, haec tenus verum fateri dissimulantem, obtestatique sunt vt ipsis viri illius indicium faceret, nam mortuus non esset, quodque adhuc videret, omni contentionē affirmārunt. Is cū hēc audisset, ac videret quæ ex pacto inter se arcana tenuerunt euulgata deduxit eos ad virum illum, & pariete demolito, quia ianuam obstruxerat, intrauerunt omnes, mox aduoluti pedibus exposito mandato suo, rogarunt vt ferret superpetias aduersus ariditatem. Ille primum resistere, asserens abesse se a tanta impudentiā, nam vt subito factum est peccatum, ita semper ante oculos conseruauit, tan dem commemorantes omnia quæ sibi contigerant, persuaserunt vt oraret. Ut primum autem orauit, mutata est siccitas, Quæ gesta sunt cum illo iuuene qui pridem discipulus fuit Ioannis filij Zebedæi, deinde longo tempore ducem egit latronum iterum a sanctis manibus beati senis interceptus, in superiorē virtutē ē lustro, ē spelunca latronum penetrauit, ipse non ignoras, nosti enim non minus quam ego. Sæpen numero te admirante audiui referre beatī vi cōdescensum, & mansuetudinē & suavitatem illicem, quoniam prior cruentam dexteram exosculatus est, haerens in amplexu adolescentis, & ea via reduxit ad amissam virtutem. Beatus item Paul⁹ sic Onesimon inutilem, trans fugam, furem illum, non solum ipse amplexus est de mutatum in melius, sed etiam idoneum putauit, quem pœnitentem honore præceptoris dignaretur. Rogo te, inquit, p̄ filio meo quem genui in vinculis meis, Onesimo: quondam tibi inutili, nunc vero mihi & tibi perutili, quem remisi. Tu autem eum, hoc est viscera mea suscipe, quem ego cupiebam apud me retinere, vt p̄ te mihi ministraret in vinculis euangeli⁹, sed absq; tua sententia nihil volui facere, ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed spontaneum. Nam propterea forsitan fecerit ad tempus, vt æternū eum reciperes, nō iam vt seruum, sed supra seruum, nempe fratrem dilectum maxime mihi quanto autē magis tibi & in carne & in dominō. Si igitur me habes consortem, suscipe illum tanq; me. Ad Corinthios scribēs. Ne forte, inquit, vbi venero, lugeam multos, qui ante peccauerint & non pœnituerint. Et iterum. Sicut prædixi & prædicto, quod si venero denuo, non parcām. Intelligis ne quos lugeat, quibus non parcet? non ijs qui peccauerunt, sed qui semel atq; iterū orantibus ut resipiscerent, refugierunt aures præbere. Siquidem quod ait, prædixi & prædico, vt præsens cum essem, iterum scribo, nihil est aliud q̄ ne timor nos exanimet. Etenim Paulus & si non adeſt ut olim quādo cum Corinthijs expostulauit at Christus ipse in præsentia manet, qui tum per hūc locutus est. Vbi perdurabim⁹ in peccatis obstinate, non parcet, magnum vulnus infliget, atq; hic interim permit tet consciendi flagris. Ante uertamus igitur faciem eius in confessione, effundamus coram eo corda nostra. Peccasti enim ait scriptura, ne superaddas amplius, atq; de prioribus tuis præceris. Et iterum. Iustus est sui accusator ab exordio sermonis. Ne expēctem⁹ igitur accusatorem, quin illius partes præcipiamus, eoq; officio iudicem⁹ nobis pacatiōrem constituemus. Cæterum tu confiteris peccata, teq; tui miseret suāmodum, scio equidem satis, verum id nō requiro solum, cupio autem vt te res aliqua iustificet, vt primum te obsequenter præbueris. Quandiu enī lucrosam intermittis confessionē illam nihil est cur te accusas, quoniam nescis in postuum de-

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI PARAENESIS

peccatis discedere. Nam nemo quicq; pficiet cum alacritate & idonea obseruātia, cui nō prius persuasum fuerit, quod ea res sibi commodo sit futura. Nū is qui seminat, postq; messem nō expectat post sementē, nunq; netet! Quis eīm proposuit aliā quādā frustra laborare & nō cōsequi ex industria fructū? Nō aliter qui seminat vīsiones, lachrymas, & confessionē extra spē alioquin utilissimā, nequit peccatis abstinere, detentus adhuc malo incredulitatis. Sed quēadmodū agricola ille, qui de sperato fructū prouentu segetes deuastantia non arcebit, ita & ille qui seminat per la chrymas confessionē, nihil lucrī expectās, neutiā dimouere studebit ea q̄ resipiscētiā corrūpūt. Corrūpit autē p̄oenitentiā, iterū ijs fē malis institisse. Nā vñus est, ait scripture, qui extruit, & alter qui demolitur. Quid lucrī accedit p̄r̄ter labore Expiatur quis a tactu mortui, & iterū attingit funus, quid emolumētū huic ex lauacro? Haud secus homo qui ieiunat de peccatis scilicet suis, & pergit, eadēq; denuo cōmittit, quis huius preces exaudiēt? Et rursum. Qui diuertit, iquit, a iusticia ad peccatū, eum dominus p̄eparabit in gladiū. Et sicut canis ad vomitū reglutiēdū redit, fitq; odiosus, sic imprudens qui per propriā maliciā ad peccata reflectit. Ne igitur perinde peccatū atq; accusator traduxeris, sed tanq; q̄ debet iustificari performā p̄oenitētiæ, quo pacto aīam cōfītētis assīdua cura licebit continere, ne quando ad vitia relabatur? nā vehemēter se dānare profiteriq; peccatorē, cōmune est, vt sic dixerim, etiā cū infidelibus. Multos a scena tā viros q̄ mulieres, quū turpitudinem suā perpendūt, sui miseret, at nō collimant ad verū scopū, ideoq; istud, confessionē nulla ratione noīatim, quia non est cū animæ compunctione, neq; cū amaritudine lachrymarū, neq; cum peccatorum abolitione, quod ea sic enunciant. Verum sunt qui eo nomine ab auditoribus gloriam nīmīrum elegantia & gratia sermonum aūcupantur. Peccata enim non apparent eiusdem molestiæ, quando alius quispiam īgerit, & quando ipse audes. Sunt rursum qui nīmia desperatione obstupescunt, insensatiq; redduntur, & bonam existimationem, & sinistrā opinionē iuxta ponētes, magna petulātia sua ceu aliena mala proclamat, cæterū caue ne fueris neq; de horum, neq; de illorū numero. Nolo eīm vt proficiscaris a desperatione ad cōfessionē quīn cū alacritate ac fiducia eruta radice desperationis, quatū vales huic diuersum studium ostendas. At quæ tandem estradix & mater desperationis? Ignauia inquam imo quā quis haud inepte nominauerit non tantū radicē, sed vicissim illius quoque & parentē & altricē. Quēadmodum ī cadauere tabes gignit vermiculos, quæ ab ijs iterum augetur, ita est propemodum hoc loci, nam ignauia desperationem parit ab illa mutuo & illa nutrīcatur, adeoq; dum seruant inter se execrables vices dandi, accipiendīq; confirmantur ī potentiā haud mediocrem, alteram ita q; rescīdens obarcensq; alteram quę consequit facili opera conficit. Nunq; eīm quīnō torpescit, ī desperationem prouet, neq; qui alitū spē bona, aut qui expectationem salutis nō abdicat, ī socordiā delabitur. Par istud pessimū dissipā, & iugū cōfringe, hoc est, illā variā, illā grauē cogitationē. Qñquidē qui vtrūq; malū cūiunxit, nō est vnius formæ sed multiplicē de se p̄r̄bet speciē, omnifariāq;. Quis aut̄ talis est Vsu vīre solet, vt is qui poenituit, corrigat plurima maximaq; facinora, īterim aut̄ quia denuo peccat, nactæ correctioni non minoris pōderis peccatū opponit, quod māxie in desperationē abripit, haud segnius atq; hi ab expectatione cadunt, qui simul eadē vt ædificat, demoliunt̄ exhausto frustra tāto labore, necesse est vt illa ī mēte habeam⁹, vtq; expellam⁹ tā pñctiōsam cogitationē. Siqui idē virtutis, modo alterā vītorū lancē adquāte, nō ante verterimus, a mole peccatorū q̄ interi obrepserūt, penitus oppriment̄, nihil eīm tū retinebit, quo minus absforbeamur, si actiōe boni

p̄muniti fuerimus, ea nos defendet nō aliter atq; thorax firmus, acuta noxiāq; telā
 submouet, quo mīnus quod solēt, q̄ ant p̄ stare, qui hīs disiectis, oē periculū a corpē
 defendit. Nā q̄ illīc abscedit, tā bonis q̄ malis op̄ibus affluēs, habebit aliqd solatij
 in p̄cēna, & dīris illīs tormentis, qui aut̄ a factis melioribus alienus, tantūq; est prīo
 rībus stipatus, dīci nō potest q̄ arctissimē p̄cēnē sempiternæ cohæreat e vita illīc ab
 mādatus. Nā illīc bellū erit malorū operū cū alijs diuersē cōditionis. Si hāc deprī
 munt librā, saluū reddunt non mediocriter autorē suū, & non tantū poterit damnū
 quod v̄sum alorū operū accreuit, q̄tū eā deorsum rapit prior ordo. Peruersa autem
 opera si exuperāt, abducūt ad ignē gehēnē, ppterēa quod nō sit tātum agmē ope
 rū virtutis, quod valeat restitisse ip̄lusu tā violēto. Sermo noster solus hoc nō astru
 it, verū cōtestantur oīa diuīna eloquīa, siquidē aīt ille. Reddet vnicuīq; secūdū opa
 sua, neq; id in gehēna tantū, inuenies etiā in cōelo discriminā plurima. Māsiones ei
 multæ, iquit, sunt apud patrē meū & alia est claritas solis, alia claritas lunē. Ecquid
 miraculi est, eum tā curiose illa esse perscrutatum, qñ stellæ quoq; differentiā ad stel
 lā asseruit? Quare rebus his omnībus perspectis, nunq; ab exercitio operū cessem?
 Vbi assurgere ad ordinē solis aut lunæ nō datur, ne contēpserimus astrorū coetū,
 donec tantū virtutis de nobis p̄buerīmus, vt liceat incolere cōlū. Sí non aurum, si
 nō p̄ciosus lapīs, habebimur ad argēti modū pertingentes, adhuc permaneam⁹ in
 fundamēto. Id vnu curæ sit, ne ad eā deflectamus materiā, quā ignis cito corripit,
 deinde cū videmus egregia facinora superare captū nostrū, minora perfecisse nihil
 pudeat. Reij cere em̄ parua, vbī magna cōsequi nō vales, extremæ est demētię, quā
 oībus modis effugiamus. Quēadmodū em̄ opes corporis accumulan̄, quū ama
 tores illarū ne mīnīmū quidē lucellum negligunt, sic sp̄iritales diuītiæ. Num absurdum
 apparet quod iudex quoq; frigidī poculi mercedē rependit? Atq; nos stolidio
 res, nīsi magna benefacta possimus, mīnorū curā oēm abijs cīmus. Mīmina q̄ nō
 despīcīt, accurato studio vel maxima perficiet, qui vero illa fastidit, ab his interī ex
 cīdet, quod ne cōtingat, libuit Christo pro illīs mercedē amplissimā certo pollicē
 ri. Quid em̄ facilius q̄ respectum agere eorum q̄ laborat, de quo tamē magnum vi
 ciſſim p̄mīum tribuit. Itaq; vītā sempiternā suscipe, oblectes te dño, & ei sup plīca
 iterum arrīpe iugum cōmodum, subeas leue onus, dignum p̄cipiō finē sup adde.
 Ne despixeris diuītias tātas, q̄ vltro affluunt, quas semel vniuersas amīttes, vbī per
 feueraueris exasperando deum p̄ ea q̄ nunc facis. Vbi obstruxeris cānales aīq; mul
 tum dāni datū, autē aīq; alluūum aquarum exulta arua corruperit, recuperare p̄o
 teris ab initio cuncta q̄ perierant, adiecto etiā illīs nō exiguo fōenore. Quæq;dem
 cumrīte perpēderis, excutias obsecro lutum & sordes, a terra vbi iaces resurgas, &
 formidabilis eris aduersario, qui te ceu nunq; resurrectum prostrauit, postq; vide
 rit manus te mouentē cōtra. Inexpectato vulnere percussus, segnior erit ad īsidias
 denuo ponēdas, ip̄se autē tutior factus, nō āpliū accipies tā acerbā plagā. Si alio
 rum calamitates idoneæ sunt vt nos erudiant, q̄to potentius quas ipsi exhaūsimus
 erudent? Videor mihi p̄pediē visurus īstudī tuo capite, & iterum ex libramīne dī
 uīno te clariorē, pulchrioremve euasurum, tantāq; pr̄estaturum virtutē, vt alijs il
 lic anteferri queas, modo ne desperes neq; recidas. Hāc em̄ ad iudīcium profici
 unt, sic mihi quidē vīsus est. Postq; aliquid vel per alīos intelligō, non cesso quod mi
 hic cōducat eligere, qua in re si probe auscultas, nīhil erit loci reliquis medicamētis;

PARAENESIS PRIORIS D. CHRYSOSTOMI. V.
F. CAP. INTERPRETE. FINIS.

DIVI IOHANNIS CHRYSOSTOMI IN HOC APO
STOLI DICTVM, VTINAM TOLERASSETIS
PAVLVLVM QVIDDAM INSPIENTIAE
MEAЕ, HOMILIA. V. FABRITIO
CAPITONE INTER
PRETE.



Mneis equidem amo sanctos, maxime vero sanctum Paulum, vas electionis, tubam cœlestem, sponsæ Christi ducem ac pronubum Id quod propterea dixi, & amorem in medium produxi, ut vos ille-
Etamenti amoris participes facherem. Quandoquidem externo amo
re succumbentes, fateri palam proprie dispudet, tamquam deterritos
tum sui pudore, tum audientium periculo. Atque hunc nostrum
amantes, nunquam tacent, quia sibi atque auditoribus iuxta prosunt, tam honesta
professione. Nam amor ille vitio datur, hic laudi, Ille morbus animi probris ob-
iectus, hic animæ læticia est & exultatio, mundusque indicibilis, ille bellum in
amantium cogitationem inuehit, hic bello, si quod fuerit electo, pacem copiosam
substituit. Ex amore quidem vulgari, non modo nihil accrescit emolumenti, sed
ingentem quoque rei familiaris iacturam facit, inanem sumptum, vitęque interni-
tionem, adeoque ædium e fundo subuersionem. Ex honesto autem, qui spectat ani-
morum decorum, multæ opes bonorum operum, magnaue virtutum suppelle-
xit. Præterea bonam corporis formam adamantes, inhiatesque ad splendorem
faciei, turpes sunt & inelegantis formæ, neque ad mutandam deformitatem quicq;
ex concupiscentia lucrantur, quin semper in peiorum abiectionemq; oris habitum
abeunt. Ceterum in hoc amore penitus est contrariuni, quicunque amat animam
sanctam, formosam, claram, pulchramque, etiam si ipse est turpis ingratique aspe-
ctus, immo si omnium fœdissimus, modo perduret in amore sanctorum, cōtinuo
talis erit, qualis est quem amat. Etenim diuinę id benignitatis argumētum est, quod
corpus defoame & inutilum nequeat emendari, anima vero turpis & manca, in pri-
stinam lucem & decorum facile reformatur. Nam ex bonitate vultus nihil emolu-
menti, ex pulchritudine autem animæ, tanta licet bona lucrari, quāta congrue pos-
sideret, qui deum habet amator em. Audí enim, inquit, filia, & vide, & inclina aurē
tuam, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui, & concupiscet rex pulchritu-
dinem tuam. Pulchritudinem hic eam dicit, que est secundum animam, cuiusmo-
di virtute & pietate contingit. Qua de causa, cum tātum sit lucrum sanctorum ama-
toribus opere prerium facimus, si communia amore amplectamur sanctum tam exi-
mum, idque cupidissime. Nam si animam nostram amor ille, vel semel subi-
ens, in ea lucidam excitauerit flamمام, quicquid senticosum, quicquid saxosum,
& asperum & insensatum offendit, in cogitatione nostra totum exponit, aut certe
promittat, & animam nostram in declivem fundum, lætumque aruum purgat,
aptamque reddit diuino semini suscipiendo. Etnemo dicat, quod nunc, neque ad-
sit Paulus, neque oculis nostris videatur, & quonam modo contingere queat, ut id
quod nunquam vidimus, amemus. Nihil enim hoc est impedimenti, Quando &
absentem amplectimur, & inuisum diligimus, potissimum cuius virtutis agnoscim-
us argumēta, tam magna tamque egregia, in omnibus ubique terrarum ecclesijs
Nempe impietatem dissipatam, malam vitam in meliorem versam, errantes in viâ
reductos, intemperantium sacra ut Bacchanalia, & id genus, explosa, abdicata tē-

IN DICTVM APOSTOLI VNTINAM TOLERAS. FO.XCI.

pla, obmutescētes dæmones. Vniuersa hæc tā admirāda lingue Paulinæ potentia inspirata grā dei cōfecit, claramq; flammā pietatis vbiq; gentiū accēdit, Cū qbus dotibus & sanctas huius epistolas habemus, q nobis characterē beatę animæ diligenter insculpunt, quemadmodū ergo cum Paulo in præsentia cōstituto dissere re animus esset, sic cum alacritate nos obsequētes eius literis præbeamus, quæ intus dicta sunt explicemus. Discamus quidnam sit, quod exclamauit hodie dicens. Ut nam tolerassetis parū quiddam insipientiæ meæ, quin me sustinuistis, æmulator enim vos dei æmulatione. Quid aīs Paule? qui discipulis legem præscribens, in sapientia inquis ambulate, erga extraneos. Qui dicas, sermo vester semper in gratia sit sale cōditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; respondere, qui precatis omnibus vt sapientia sp̄irituali adimpleantur, ipse exclamas, utinam tolerassetis paululū quidam insipientiæ meæ. Nū satis tibi dixisse fuit, aliquid insipientiæ meæ, verbum ad discipulos etiam illud exponis neque ad discipulos tantū exponis, immo omnibus hominibus, quotquot cum illis fuerunt, per epistolam notum facis. Animaduerte quam non oporteat, quæ dicuntur simpliciter percurrere, sed vnu quodlibet accurate disquirere. Illud enim quum legitur simpliciter, offendit auditores, peruestigatū vero eximia aperit Pauli sapientiā, admirandā prudētiā, curā indicibilē. At quid tādē. i. qđ dicitur? Pseudapostoli frequētes apud Corynthios agebāt. Qui p̄ conio Christi depravato etiā accusati Pauli opinōnē eruere, q de ipso discipuli cōceperant, ceu p cuniculos tentarunt, eūq; p ironiā falso, dictis arrodētes supbie de tulerunt, aduersus illos bona pars, vt videtur, epistole pertinet. Quemadmodum quum dicit, non sumus sicut reliqu, venditantes verbū dei, & rursus dicens, sic me seruari, ne cui essem onerosus, & addit consilium semper fuisse, vt hanc legem im̄motam seruet. Nam est veritas, inquit, in me Christi, quod hæc mea gloriatio nō interrūpetur in me, in regionibus Achiaæ, quādo reddit causam, sceleratos istos tācite notat, sic dices. Quapropter, An quod nō diligā vos? Deus nouit. Verū quod facio idem & faciā, vt amputem occasionē ijs, qui cupiunt occasionē. Et anteā discipulos cohortatur, ne cōmittant, vt eis necessario potentiā suam declareret, dicens Rogo autem vos, ne præsens audeā ea fidutia, qua existimor audax fuisse in quosdam, qui putant nos, veluti secundum carnē ambulare. Nā sic illi maledici, de quibus hēc dicit, omnia rememorabāt per ironiā eum acerbius vellentes. Quod vīa delictet epistole Pauli magnū præ se ferant tumorem, & verborū arrogantiam, Ipse vero, nihil sit, exiguis, abiectus. Postea quā igitur hoc loco traducitur, quasi in nullo sit numero, quasiq; indignus sit de quo ratio habeatur, sicut iterū explicans Pseudapostolis. Num illud inquit peccavi, quod meipsum humiliarim, vt vos exultaret? Et istud obiectum crimen diluens. Quales inquit sumus sermone per epistolas, cū absimus, tales sumus & cum absimus factō. Quando itaq; multi fuerant apud illos Pseudapostoli, quos & operarios dolosos nominat, sic dicens. Siquidē istiusmodi pseudapostoli, operarij dolosi sunt, sumpta persona Apostolorum Christi. Atq; haud mirū, quādoquidem ipse satanas transformatur in angelū lucis. Non magnū est igitur si & ministri illius, personā in se transferūt, quasi sint ministri iustitię. Qua de causa, quū isti cōtumelias infinitas ī hūc dicūt dānoq; afficiūt discip̄los quo p̄p̄rā p̄suasi min' idoneā de eo existimationē h̄re queāt, deinceps necesse habet ī magni ficā, tñ verā laudū suarū recordationē descēdere. Neq; ei cōsultū fuit ī reliquū t̄ps tacuisse. Ceterū q̄a pugnas suas nobis erat rememoratur, & r̄uelatiōes quas vīdit & labores quos p̄tulit, on̄suros oīb̄, q̄ iuit, q̄e coact, id faciat, q̄q̄ necessitatēvidit īeuitabile, tñ ilsp̄etiē qddā vocat, sic dices. Utinā tollerassetis qddā ilsp̄etiē meg,

M j

IOANNIS CHYRSOSTOMI

SERMO.

Facturus inquit sum re ab iurdā & stultā, meipse celebrabo & extollā, Verum ego prædicationis huiusmodi proprie causa non sum, sed illi potius, qui eo me detruerunt, propterea vos adhortor, pferratis me illis causā redētē. Nū p̄spicue vides prudētiā Pauli? Etenī dices, Vtinā tolerassetis paululū qddā iſipiētiē meā, qui mo sustinete me, nā ze lotipus sū erga vos dei zelo, nō cōtinuo prexit ad narratiōeī laudū, sed iterū iterū iterferit verba qdā, & in hūc ppe modū dicit. Iterū dico ne qs me putet iſipientē, alioq & vt iſipientem accipite me. At nesic qdem attigīt narrationem, sed iterū dicit, Q uod dico nō dico scđm dñm, sed velut iſipientia, in hoc argumento gloriatiōs. Sed ne tū qdem audet igredī, tot verbis ceu i præsidiū p̄remissis. Qui iterū reposit⁹ p̄ludit & dicit. Quādoqđ multi gloriāt scđm carnē, & ego gloriabor, libēter em suffertis iſipientes, cū lītis sapiētes, Mox iterū recusat & cōtaſ, paucisq; iterpositis addit. Sed i quoq; audet aliquis, in iſipietia loquor, audeo & ego, cū demū latiflma excusatiōe p̄mitigatio neq; p̄audita tētauīt aggredi laudū suā enarrationē. Et quē idmodū equ⁹ p̄cipitiū, aliq; p̄ruptūq; clīū trāsītū se colligit, qslī hūcvno saltu exuperatus foret, verū p fundū despiciēs hiatū subiacere, obstupeſit metu, cōtrahiturq; deinde quū sentit eq; tem vehemētius vrge re, rursū aggredi, idemq; qđ ātea pfert, necessitatē & vi i dicās, sub sistit aliquādiu, hīnnītū mussitās, sup orā foueā, resūpto tandem aīmo se vltro fideenter adigit. Sic & beatus Paul⁹ velut iſe datur⁹ in p̄ceps, i laudū suarū recitationē, semel atq; iterū, ac tertio & subīde sepius retrocedit, sic dices. Vtinā tolerassetis paululū qddā iſipientē meq;. Et rursū. Ne quis me putet iſipiente esse, alioq & vt iſipiente accipite me. Et qđ dico, nō dico scđm dñm, sed velut iſipientia, in hoc argumēto gloriatiōs. Et rursū, Quāquidē multi gloriāt scđm carnē, & ego gloriabor, libēter em suffertis iſipientes, cū lītis sapientes. Et rursum In quoq; audet aliquiss, in iſipientia loquor, audeo & ego, Et quū se milies iſipientem nominasset & stultū, vix tandem audet in p̄prias laudes descēre. Hebrei sunt, & ego. Israelite sunt & ego. Gemen Abrae sunt & ego. Ministri Chriſti sunt & ego. At nōdum sibi excidit, sed iterum premollit hoc pacto. Delyrans, inquit loquor plus ego. Neque hic desinit, nam absoluto laudū suarū cathalogo, factus sū, inquit, iſipies gloriādo, vos me cogitās. Ecqd nō dixit, P̄seudapostoli me cogerūt, sed, vos me cogitās! Quoniā illorū inquit, rationē non habui. Vra ferme fuerūt sana & sobria, nīſi fuissetis auersi, nīſi retulissetis pedē. Quod si nos semp maledictis iſpetiffent, illorū virulentia nīhī nobis accreuiſſet detrimēti. Verū quia cognoui dissipatū esse ouile, dīſci pulosque deficere, experīunde rei, & arduā & perquam molestā animū ūlsum p̄fici, adeoque coactus sum desipere, mea recensendo encomia, propter vos vestramque salutē. Ea sanctis coniuetudo quod perperā fecerunt, repandunt quotidiē, deplorant, omnibusque ob oculos ponūt. Quod autem ingenuum & eximium, abscondunt, & abliuione transmittunt. Talis est hīc sanctus noster, peccata sua vel nemine impellente perpetuo versat, excantatque. Siquidem aliquid dicit, Christus Iesus venit in hunc mundum, vt seruaret peccatores, quorum primus ego sum. Aliquando vero gratiam habeo in eo, qui me confortat Christo, quod fidelem me arbitratus est, ponendo in ministerium. Itē prius sui contumeliosus persecutor & iniurius, sed commiserationem sum consecutus, qua ignorans feci, in infidelitate. Et rursum, Postremo omnium, tanquam putamento appa- ruit, & Ego enim sū minimus Apostolorū, qui nō sum idoneus nominari apostolus, qua doquidem sum ecclesiam persecurus. Et rursum. Mihi minimo omnium sanctorum data est hæc gratia. Non apostolorum tantum, sed generatim omnium fidelium, postremum se afferit, ita dicens. Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hæc. Neq; se dignum dicit gratia qua est seruatus, Christus inquit Iesus in mundum venit, vt peccatores saluos faceret, quorum primus sum ego. Animaduerte quam causam salutis acceptā reddit. Nam dicit, ideo misericordiam sum adeptus, vt in me primo ostendam.

IN HOCDICTVM APOSTO, VT IN AM TOLLERAS, FO XCII.

deret Iesus Christus omnem longanimitatem, ad exprimendum exemplarū, ijs qui credi turi essent in se, in vitam æternam. Nullo pacto suam afferit dignitatem & meritum, ne ullus peccator in malitia, quantumlibet confirmatus, deinceps animum abiiciat, etiā si bellum Christo fecit. Quando Paulum videt postremum omnium, quo posterior nō erat alius quisquam, qui in acie deo restitit, libere seruatum, quandoquidem Christus dicit. Quoniam vas electionis mihi est iste, ut portet nomē meum coram gētibus & regibus. Ille vero, ne tantulum quidē ex tantis p̄conijs intumuit, se miserum p̄tinaciter contendit. Post tantam gratiam, post tam eximia virtutis opera, post p̄claram dicēdi libertatem, primum se peccatorē nominat. Et ppter eas affirmat misericordiam consecutū ne quisq; neq; in extremam malitiā delapsus desperare queat, modo rēspectet, & in hūc exhibitam clemētiām. Itaq; ppter necessitatē excantat quotidie in omnibus epistolis, se notatione atra describens, palamq; faciēs, non solum eius etatis hominibus, sed & omnibus posteris. Præconia vel vrgēte necessitate grauatur, vel potius refugit enarrare. Nā sēpē numero eam reminīpientiam nominat, atq; admirandam diuinamq; illam reuelationem, multo tempore subticuit, quam non paulo ante, neq; anno altero, aut tertio, aut decimo, sed aliquanto superioribus vidit, Quam ob rem nunc tempus nominatim apponit, sic dicens, Scio hominē ante annos. xiiij. raptum vsq; in tertium cœlum, vt tu dicas, quod ne tum quide n̄ dixisset, n̄ s̄ multam vidisset necessitatē imminere. Nam si ahī mo iedisset p̄prias aliquid p̄dicare laudes, factam visionē tam obstupēdam continuo p̄didiisset. aut pri: no, aut secundo, aut tertio anno. Modo ad annum quartum decimum tacito suppressit. Neq; cuiq; aperuit præter q̄ vñis Corynthis, & tum potissimum, quando falsos, mendacesq; Apostolos suboriri vidit, nimirum vt ostenderet, ne tū quidē fuisse animum dicēdi, si non obseruasset luem illam pessimam in discipulos grassari. At nos non itē. contraria ratione prorsus n̄ timur. Ne vnius quidē diei qua peccauimus, tene mus memoriam. Imo referentibus indignamur, grauiterq; succeniemus, & perq; moleste suscipimus, conuītij loco ducimus, mille contumelij retaliamur. Cæterum si quid bene fecimus, quantulum cunq; fuerit, latissime p̄sequimur, recensentibus illud habemus gratiam, eos putamus amicos nobis. Sed & Christus diuersum p̄cepit, beneficiorum obliuionem, memoriam peccatorum. Quod nobis clarum effecit in hoc quod discipulos adhortatur dicens. Quando omnia feceritis, dicite inutiles seruisimus, & in parabola pharisæi, cui publicanum p̄posuit. Quēadmodum enim illum delictorum memoria iustificauit, ita hunc memoria suorum operum destruxit. Quarum rerum deus Iudeos ad monet, sic dicens. Ego sumis qui extinguit iniūtates tuas, & non meminero, tu vero memineris. Talis erat a postolis consuetudo, talis p̄phetis atq; iustis omnibus, quapropter David peccati sui perpetuo meminit, virtutis nunquam, n̄ s̄ compulsus necessitate. Quando barbaricum bellum Iudeam vexabat, omniaq; periculis plena videbantur, cū esset adhuc iuuenis, & rei bellicæ imperitus omisisse ouibus in exercitum p̄fectus, omes animo deiectos conspexit, obstupefactosq; metu ac trementes. Nihil quod est humana fragilitatis p̄sensit, neq; formiduloseum reddidit suæ humilitatis cognitio, quum fide omnib⁹ q̄ videtur exuperatis, ad regē cœlorū suspiciēs, multā aio alacritatē cōcepit, nō sōū milites, sed & fratres accessit, seq; eos ex p̄sente periculo, pmisit in securitatē vindicaturū. Cūq; fratres qđ dīcū erat risūt, vt qui deū a quo iniūctus fuit, ac generosum animū ignorabāt, adeo redūdantē cœlesti philosophia, illis omisisse ad alios diuertit, Tā dē ad regē pduct⁹, quēpr̄ timore p̄pe mortuū iuenit, p̄cipio illū solat⁹ cōsiliū. atq; aio reddit, sic dices, Ne cōcidat cor dñi mei intra iē, quia seru⁹ tu⁹ abibit expugnatur⁹ istū. Rex vero, cū nō fidē h̄ret tātis pollicitis, abire iq̄t nō poteris. admodū puer es, & ille vir bellicos⁹, & p̄ oēmvitā exercit⁹, dđ iācipiti cōstitut⁹, necesse habuit recēdere sua p̄conia

Mij

IOANNIS CHYRSOSTOMI HOMILIA

Quam autē inuitus id fecerit, ex prioribus appareat. Nam de praeclare ase gestis ne tantum quidē narravit, neq; fratrib⁹, neq; militib⁹ neq; regi ipsi, qđ eū non adhibentē fidē promissis ipsius vīdit, tum angustia pressum, tum negantem facultatem cū illo congre= diendi. Quid enim præterea faciundum fuit, tacende ne virtutes? At nequaq; ei cōcre= dita fuisset bellissima, neque defensio periculi iam tum imminētis obtigisset. Qua de causa quatenus oportuit, obtexit silentium, inuitante autem ac efflagitante temporis ra= tione ad dicendum, consilium diuersum inīt, dixitq; ad regem. Pastor eram seruus tuus in ouīli patris, & quando venit leo, aut vrsus, & rapuit ouē ex grege, a tergo aggressum perterrefeci, corripiū p̄dām ex ore, & comprehendī guttur, & interfeci eum, & leonem & vrsū percussit seruus tuus, & erit alienigena iste, & incircuncisus sicut vnum ex illis. Num vides quo pacto declarauit, quanam gratia laudes pprias percensuerit? Tum sane rex in reliquum tēpus assumpta fidutia, iussit vt abiret, atq; abiuit, & in acie victor euasit. Quod si laudes suas refugisset, pferre, neutiquam eum rex ad singulare certamē idoneum putasset, & parum doneum existimato in aciem descendere, qui dimisisset? Cæ= terum eo non dimisso, p̄clarum facinus fuisset impeditum, quo impedito, neq; dei glo= ria tum illustrata fuisset, neq; ciuitas euītasset incumbēs periculum. Ergo ne tot absurdā committantur, neue tanta ministerij magnitudo secludatur, necesse fuit ipi David suas referre laudes. Quemadmodum enim tacere nouit, quando nulla vrgebat necessitas, ita & dicere nouit, quum instare multam vim ppendit. At ne in hoc tantum, sed in alte= ro etiam, nempe Samuele, videre licet modestiæ rationem. Etenim ille tot annos præ= fectus populo Iudaico, iuxta id quod deus tum disposuerat, nihil tamēn quam de se exi= mium prædicauit, tametsi vberimam si amasset, gloriæ materiam habuit, vt pote lau= dabilem a puero educationem, sanctam in templo conuersationem, & amplissimam ab incunabilis pphetiam. Ad hæc tot bella, victoriam toties nactam, non tam armis quam benevolentia & fauore dei. Nihil horum superioribus annis, vt de se confiteretur, impe= rauit vīsus. Cæterum, vbi abdicatam rem pub. alteri curandam cedere parabat, tum inui= tauit occasio ad laudes suas late recitandas. Itaq; coacta populi totius concione, p̄sentæ. Saul, in hunc ferme modum locutus est. Ecce vocem vestram audiui, & constitui regem super vos, & senui, & ecce ego conuersatus sum coram vobis ex adolescentia mea vsq; in hunc diem iudicati estis a me coram domino, & coram Christo eius. Cuius vitulum ac= cepi? aut cuius asinum accepi? quem vestrum imperio depresso? cui vestrum vim feci? aut ex cuius manibus corripiū hostiam, aut calceum, & abscondi oculos meos ab ipso? Dicite aduersum me, & reddam vobis. Aduerte quanta necessitas, huiusmodi dicendi. Magna nimirū & vehemens. Quandoquidem datus erat illis principem Saul. In suam ip= sius excusationem docere hunc intenderis, quo nam pacto imperium sit gerendum, & quam vigilanter curioseq; p̄ subditis excubandum. eos qui nuper admodum, ipsum iudi= cem recusarunt, philosophiæ suæ testes facit. Neque tamen eo tempore quo p̄fuit ma= gistratus, quoque ipsius dicto audierunt, ne cui videatur ceu t' midī metuq; perterriti, quæ non fuerunt, aff. rmasse testimonio. Verum præfectura, iam tum præterita, mutataque in successorem prouincia gubernandi, vbi in reliquum tēpus nihil periculi manebat ac= cusatore in, tum demum apud eos iustitiā suam contestatur. Alius forte iniuriæ memor, quam a Iudeis accepisset, neutiquam exoptaret post se principem mansuetum exoriri ac moderatum. Idq; non omnino ppter memoriam iniurię, sed vt ipse queat amplius cō= mendari. Si quidē grauis iste morbus magistratibus infestus est, vt post se administratio= nē rerum suscepturnos pueros esse, ac sceleratos p̄centur. Nā qui sunt generosi magni q̄ animi, in clariorē splendorē se existimant euasuros, quū eiusmodi non fuerūt, qui in prin= cipatu sequuntur. Qui tātū vmbre sunt, corrupti q; moris, arbitrātur malitiā successoris,

ipsis in prætextum flagitiorū fore. Atqui nō sic beatus ille Samuel orauit expetiuit que votis sumā rerū in exīmiū quēdā traducere. Vsq; adeo affectu charitatis tenebatur, vsq; adeo mundus fuit & alienus ab iniudia, longeq; semotus a vanitate & opiniōne sui. Quia salutē hominū dūtaxat spectauit, illis gubernatorē ad sui expressit imitatiōnē, in ea oratione qua de gestis suis rationē dedit. Nā cū ingratū sc̄iret odiosū que regē adhortari, qui oīa corā erat auditurus, atq; illi ceu formā prescribere reipublicæ, quā scilicet māsuetus esse beat, quā moderatus, quā procul a numerū corrūptione, vt nemini vim īferat, vt nemini sit iniustus, nec diuītijs congerendis studeat. Rursum tacēdo cūctus populus in prēdā traditus fuisset, prætextu excusationis, vtrūq; periculū declinauit. Illum docuit cuiusmodi gubernatorē esse conueniat, simulq; vitauit odīū doctrinæ. Siquidē videtur circa res suas occupatus, instruit tamē & prescribit, quāto studio, quae vīa, subdītorū cōmodis aduigilare par sit. Tu inter rim expēde, quā accurate seipse purū declarat ab omni delicto. Nō em̄ dicit, neq; a grum alicui ex vobis, neq; argētum abstulī, sed quod omniū vilissimū est dicit, nēpe ne calceū quidē. Mox alterā ipsius exīmiā q; nobis virtutē aperit, pleriq; enī prīcipes, dū furto plebē expilāt māsueti sunt, & moderati, & suaves, nō ex animo, sed ppter necessitatē cōsciențe, adempta eis per furtū dicendi libertate. Si muneribus accipiēndis abstinent, onerosi graues q; sunt, quāq; nō ex animo abstinent. Eo nanq; in genio existimationē captāt, quasi ex proposito sīnt puri. Adeo q; īvnū pariter vtrūq; sēpenumero cōfluit & q; facillime, vt idē sit ex equo seu atq; furax. Sāctus ille cōtēdit se ā bobus his malis eminere, nō min⁹ ab īdūtrīa cōpilādæ plebis, q; ab ira remōtissimus, cū dicit, Cui vītulū sūpsi, nec desinit qui mox subiūgit. Aut quē ex vobis potētia suppressi, aut ī vīcula ppetua cōieci, hoc est afflictionib⁹ extinxī. Quod autē dicit, huiusmodi qddā est, nemo illud aduersū me dicere poterit, cū nihil penitus accepi. Quādo vero nihil accepi, cōsequēs esset, me fuisse ītolerabīlē, difficile, atro cem, ac īhumanū, eoq; subnectit, aut quē ex vobis īperio depresso. At qd illi responderūt, nō oppressi nos, neq; vīculis ītrusisti, neq; vñq; ex manib⁹ nr̄is qcq; accepi sti. & quo dīcas, qd regē illorū īstructurus, illa sit p̄factus subiecīt, testis dñs, & testis vñctus eius, quinimo vobis idē est manifestū. Atq; ostēdit, quā īiucūda testifica tio illū em̄ testē noīauit, q; arcana cogitationū p̄spexit, qd est, mūdæ cōsciētię p̄tobamētū, q; a nōo, p̄susnēo q; san⁹, q; p̄tētenō excidit, testē deū euocat, nisi oīb⁹ modis sibi cōfidat. Testificatib⁹ itaq; illis de his quā modo narrauerat, alia virtutē īge rit, veterū memoriā refricat, & eorū quā gesta sunt apud Aegyptū, p̄fecturæ dei, ac bellorū quā secuta sunt. Rememorat pugnā sub se pugnatā, īsperatāq; victoriā. Deducit quomodo sēpenumero ppter peccata traditi sunt hostib⁹, īuocatoq; deo ab eis rursū liberati. Veterib⁹ noua cōmittēs. Misit inquit, dñs Ieroboā, & Barach, Iephthae, īpmq; Samuelē, & eripuit vos circumundiq; ex manu īimicorū vītorū, magnaq; fidutia domos vīras īcoluistis. Nū vides quēadmodū est cōsuetudo sanctis, p̄pria bñfacta p̄tinaciter cōtegere, nisi dū ad explanādū necessitas īperiosior ipellit. Ideoq; Paul⁹ huc spectās vītq; accurate didicerat, quā molestū odiosūq; sit, aut dīre de se magnificētiō loquētē, dīxit. Vtīnā tolerassetis meę īsippiētię paululū qddā. Neq; ait, vtīnā tolerassetis īsippiētiā meā, sed paululū quiddā. Quādo quidē necessitas non fuit, vt se largius profunderet in encomiorum suorum narrationē. Breuibus ea per uolitauit, idq; propter illos, & ipsorum salutem. Quēadmodū enim suis recitare virtutes extremē videtur dementiā, si nulla superest necessitas, ita necessitate violenter incumbente, propellenteque proditio est, ea tacere quā quis studiō se perfecit. At Paulus presentem considerans necessitatem, adhuc subcon-

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO

tatur, insipientię negotium nominat. Quo tu discas eius prudentiā, sapientiā, & secu-
rissimam cautionem. Nam cum dicit, quod loquor, non loquor secūdum dominū
adnectit, arguento glorificationis. Ne putes inquit, ista me generatim differere, Ita,
q; in hoc eū laudo maxime, & admiror, pronuncioq; sapientissimū, quod rem stul-
tam existimauit sese prēdicare, & extollere, quod si ille, quū necessitatē adesse videt,
appellauit hoc insipientiā, qua venia, qua excusatione digni sunt, qui de se præter ne-
cessitatem eximia iactant, aut alios, vt ipsos apud auditores efferant in iungūt! Ergo
cum illa cognoscimus, quæ dicta sunt, nō tantū verbis cōmēdemus, sed imitemur,
& assequi cōtendamus, obliti virtutū, tenacem vītorū memoriā foueamus, quo me
diocribus cōsentire possimus, in futurū protendere, brabion apprehendere supernæ
vocationis. Quod omnibus nobis obueniat ex charitate, & benignitate domini no-
stri Iesu Christi, cui simul atq; patri & sancto spiritu sit gloria, potētia, honor, nunc
& semper, & in secula seculorum Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO DE ELEMOSY- NA ET COLLATIONE IN SANCTOS, EX PRIORE PAVLI AD CORINTHI

os epistola. Ioanne Oecolam

padio interprete.



XVRREXI HODIE fūcturus apud nos, legatione quadā iusta
vtīlī, ac honesta, nō alterius cuiuspiā quam pauperū nomīne, qui ve-
stram hāc inhabitāt ciuitatē. Hī mihi hāc prouinciā īiūxerūt, nō
sermonibus, nec cōmunis cōsilij suffragijs & sentētia, sed miserabili-
bus, acerbissimisq; suis ipēctaculis. Nā cū ad vestrū hunc conuētū
festinans, per forum & angiportus transirē, videremq; id medijs bis-
uijs, iacere multos, quorū alijs absēctē manus, alijs exoculati, alijs ylceribus pleni, &
incurabiles, ac protēdētes eas partes, quas vt pote tabidas. potissimū necessariū erat
contegerēt, extremæ inhumanitatis esse duxi, si apud charitatē vestrā de his nō dis-
sererē, maximæ, q; alioquin ex his quæ dicta sunt, oportunitate quadā ad hoc com-
pellor. Et semper quidē cōuenit, de eleemosyna cōcionari, quando quidē & nobis
apud dominū, multa semper opus est misericordia. Nunc vero, per hoc tēpus, mul-
to magis necessariū, quū tantū sit frigus. Enīmuero xestate, tēporis cōmoditas, mul-
tum solatur pauperes. Extra em̄ periculū sunt, si nudī abulēt, cū solis radīj pro am-
ictu sint, securū q; in nudo pauimēto dormire, noctesq; sub dio agere, neq; adeo cal-
ciamētis indigēt, vel potu vīni, vel alimētis largioribus, cōtentī em̄ sunt aquarūfon-
tibus, tumultuariāq; illis mēsam viliorib⁹ olusculis ac paucis legumīnib⁹, ipsa anni
pars instruit. Ad quæ accedit & alia nō minor cōmoditas, Nā q; domos extruūt, q;
q; terrā fodiūt, & q; mare nauigāt, illorū mīnisterio plurimū egēt. Quēadmodū em̄
locupletes pūētus habēt ex domib⁹, agris, & possessiōib⁹, ita pauperes ex manib⁹ &
corpore, & nō aliūde, ac ppterēa p̄ xestate, est qđ eos soletur, hyeme vero vnde q;q;
varijs modis affligūt & vexāt. Duo autē iprimis eis molesta sunt, Intra, viscera de-
uastat fames extra, carnē cōficit frigus. Præterea āpliore idigēt alimēto, & dēsiore
vestitu, iſr & teſto, & strato, & calciamētis, atq; multis alijs. Et qđ oib⁹ ē grauius,
opādi cōmoditatē tps negat. Ea ppter quia plurib⁹ hñt op̄, & nō ē laborādīfacul-
tas, neīne miseris vel mercedē p̄ xestate vel op̄ iūgēte, nos saltē man⁹ porrigam⁹, nō
iā mercedē, sed eleemosynā daturas. Assistat autē nobis fidelī i hac legatiōe collega
Paul⁹, paupū & iegestate viuētiū p̄fectus & p̄curator, mīre singularisq; vigilatię ac
cure, Vnde ap̄d P̄im discipulis, paupū curā nō diuīsit, sed vt dicit, Dextras dederit

mīhi & Barnabē societatis, vt nos īgētes, i pī in circuncisionē apostolatu fungeremur. In iunxerunt solum, vt pauperum essemus memores id quod facere curauit. De quare subinde sermonem in epistolis suis inculcat, & nec vnam inuenies, qua de ea non admo-
neat. Sciebat enim, sciebat quantum momentum res sit, & ppterēa tanquam edificio admira-
rabile fastigium super imponens, hanc doctrinam, consilijs & admonitionibus suis adi-
cit. Atq; idipsum hoc quoq; loco facit. Nam postea quam de resurrectione disputauit,
deq; alijs omnibus disposuit, in hunc tandem de misericordia sermonem desinit, sic dices
De collatione autem in sanctos, sicut ordinari ecclesijs Galatiæ, sic & vos facite. In vna
sabbatorum vnuſquisq; vestrum. Animo aduerte sensum & ingenium apostoli, quam tē
pestue hanc admonitionem accedit. Cum enim meminit futuri iudicij, terribilisq; illi⁹
sedis, & gloriæ qua vestiendis sumus, modo recte viuamus. & immortalis vitæ, tu de hoc
reliquum sermonem infert, vt auditor spe bona refocillatus, facilior sit ac benignior, at-
q; ita maiori ipsum alacritate suscipiat, vt pote adhuc iudicij terrore contremiscens, & re-
positorum animi bonorum expectatione gestiens. Etenim quisquis de resurrectione
philosophatur, & ad futuram vitam se totum confert, n̄ hili aestimabit praesentia, neq;
diuitias, neq; abundantiam, neq; aurum neq; argentum, neq; sumptuosas vestes, neq; de-
lites, neq; mense luxum, neq; aliquid tale. Et qui haec nihil faciunt, haud difficile pau-
perum suscipiant curam. Et hac de causa admonitionem hanc capte sermoni de resurrectio-
ne subiunxit. Primum autem non dicit, de collatione in pauperes, neq; in mendicos, sed
in sanctos, vt erudiret auditores, etiam pauperes si pie viuant admiratione dignos, & di-
uites si virtutem despiciant esse contemptibiles. Ecce rex prophan⁹ vocatur & iniquus,
quia inimicus erat deo, & pauperes sancti, quia mansuetierant ac moderati. Neronem
mysterium iniquitatis vocat, dicens. Mysterium enim nunc agit iniquitatis. Pauperes
vero quibus nec alimenta erant, & qui emendicato alebantur victu. sanctos appellat. In-
terim & occulte docet, ne efforantur animo, neq; ob hoc mandatum extollantur, quasi
alijs vt vilioribus, despectionibusq; præstent & antecellant, sed sciāt, sibiq; ipi⁹ certo per
suadeant, summum esse honorem, quod datum sit eis, vt illorum afflictionibus commu-
nicent. Iam dignum est, vt & illud perscrutemur. Quinam illi sunt Sancti. Neq; enim
hic duntaxat mentionem ipsorum facit, sed & alibi, sic dicens. Nunc autem prof. ciscor,
Hierusalem ministrans sanctis, & Lucas in actis apostolorum, memor istorum sanctorum
ait, Cæterum dis. ipulorum vnuſquisq;, vt abundabat, ita & decreuit, vt mittat ad
pauperes sanctorum in Hierusalem. Et iterum, quod & ante a dicebam, ait, Tantum, vt
pauperum memores essemus, in quo & diligens fui, vt hoc ipsum facerem. Quasi dice-
ret. Postquam separati sunus ego in gentes, ille in Iudeos, in hoc communis sententia co-
uenimus, ne quantum ad pauperes attinet, se iungeremur. Nam quando prædicabant,
Petrus quidem Iudeis. Paulus vero gentibus prædicabat, quando autem pauperum
agebant curam, tunc non sic agebant, vt Petro tantum cura esset Iudeorum pauperum
& Paulo, tantum gentilium. Sed procurabat Paulus etiam rem pauperum Iudeorum
Et propter hoc dicebat. Tantum, vt pauperum memores essemus, in quo & diligens
fui, vt hoc ipsum facerem. Qui igitur sunt illi, de quibus hic disputatur & in epistola ad
Romanos, insuper & in epistola ad Galatas, pro quibus & apud Macedones intercedit
Iudei pauperes erant, qui & Hierosolymis degebant. Sed quia de cauia tantam illorum
habet curam? An non in singulis ciuitatibus erant nopes & mendici? Cur ad illos poti-
simū mittit, & peis oēs orat. Sane nō hoc egit temere, neq; vt acceptor psonarū, sed ob
magnā utilitatē. Proinde opere p̄ciū fuerit, sermonē illū aliquātō supius repetere. Enī
uerovt Iudeorū res corruerūt, & cōfirmata ē vox eorū, qdū crucifigerēt iſū clamabat

IOANNIS CHYRSOSTOMI SERMO

Non habemus regē, nisi Cæsarem, ipsi Romanorū p̄incipatiū subiecti, neq; suis vt anteā v̄iebant legib⁹, neq; per oīa se rui erant, vt nunc, sed in ordine cōmilitonū & socio-rum habebantur, sic tamē, vt ipsi tributa penderēt regib⁹ suis, & magistratus ab eis acc-
perent. In plerisq; tamē & pprias seruabat leges, & iuxta patrū p̄scripta animaduerte-
bant in eos qui apud illos peccarēt. Nam tributū eos Romanis dedisse hinc clīquet, quia
tentantes Iesum rogabant, si liceret dare censum cæsari, at ipse sibi iussit ostēdi nomis̄ma
Quod vbi monstrarunt, & lecta erat inscriptio. Reddite, ait, quę Cæsaris sunt cæsari, &
quę dei deo. Lucas quoq; testis est, tēplum habuissē milites & duces qui mille p̄erant.
Quod romanis subditū fuerint Iudæi non paucā sunt argumēta. Similiter manifestū q̄
pprijs v̄si sunt legibus. Stephanum enim lapidarunt nondum ad tribunal ductum, Iaco-
bum fratrē domini occiderunt, Christum ipsum crucifixerunt, quāuis p̄mittēte p̄sidē
qui illorum accusationē refutabat. Nam ea de causa & manus lauit, dicens. Innocēsum
a sanguine iusti huius. Et quia valde vrgētes videbat ī p̄e quidē sententiam non tulit, sed
tradēdo eum p̄misit illos sua v̄ti tyrannide. Qui & omnia postea fecerunt, Et Paulo itē
sæpe fuerunt molesti. Igītur, quia suis v̄tebantur iudicijs, v̄su eveniebat lōge grauiora pa-
tieos qui ex illis crediderant. Etenim in alijs ciuitatibus quia & iudicia, & leges, & prin-
cipes erant, non licebat gētilib⁹ eos qui a se deficiebant, occidere, vel lapidare, vel aliter
opp̄imere. ppria tyrannide v̄l sententia. At si quis dephendebatur tale quiddam præ-
ter iudicium sentētiam patrasse, is puniebatur. Quod tamē Iudæis erat adhuc p̄missum
idq; magna licētia. Vnde grauissime affligebantur, qui inter eos credebant, Nam erat
sicut relictū in medijs lupis, & non habētes aliquē qui eriperet. Sic Paulum quoq; sepe fla-
gellarunt, qđ & ī p̄e docet, quinques quadraginta minus vna accepia Iudæis. Ter vir-
gis cefus sum, Seine lapidatus sum. Deniq; q̄ hoc non leui coniectura a me dictum sit,
quid ad illos ī pos Paulus scribat audi. Dicit enim. Redeant vobis ī memoriam superio-
res dies, ī quibus illuminati, ingēsē certam sustinuistis afflictionum, partim quidē, dum
& p̄bris & pressuris affecti, spectaculo fuistis omnibus, partim dum confortes ita cōuer-
santium facti estis, siquidē & afflictionum, quę ex vinculis meis contigerunt participes
fuistis & direptionē facultatēn vestrarum cum gaudio a ccepistis, scientes vos habere in
vobis potiorem substantiam in cœlis ac manentem, Quin & cum Theſſaloniceſes ad-
hortaretur illos ī medium adducit. Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiārum
dei quę sunt ī Iudæa ī Christo Iesu, quod eadem passi sitis & vosa pprijs contribuli-
bus, quę admodum & ī p̄i nos a Iudeis. Hac de causa, quia grauissima ferebant p̄e omni-
bus, & citra omnem misericordiam cuncta quę habebant eis auferebantur, ducebantur
trahebantur, fugabantur vndiq; iure apostolus ī illorum subsidium alios excitat, iterū
pro ijsdem Corinthios exhortans ac dicens. De collatione autem ī sanctos, sicut ordi-
nauī ī ecclesijs Galatiæ, sic & vos facite. Itaq; satis demonstratum est, quis sint sancti illi,
& quare p̄ip̄is maiores habuerit curam, reliquum est, vt inquiramus etiam cur Galata-
rum meminerit. Cur enim non dixit. De collatione autem ī sanctos, hoc facite, ī vna
sabbatorum vnuſquisq; vestrū apud ſe ſe ponat theſaurizans &c. ſed cum dixit. De col-
latione hac ī sanctos adiunxit. Sicut ordinauī ecclesijs Galatiæ, sic & vos facite? Cuius
gratia hoc facit, & non vnius, neq; duarum, neq; trium meminit ciuitatum, ſed totius ge-
tis! Certe vt promptiores eos redderet, eſſent, q; eis materia & occasio ām ulandī, alio-
rum laudes. Et poſthēc nouum quendam morem instituit, Et quis ille? In vna sabbato-
rum ait vnuſquisq; vestrū apud ſe ſe ponat theſaurizans, quicquid commodum fuerit,
ne cum venero tunc collationes fiant. Vnam sabbatorum, dominicam vocat. Et quem-
obrem hunc diem oblationi deputat, cur non dixit ſecunda sabbatorum, vel tertia fab-

batorum, vel alijs sabbatis? Profecto ne hoc temere nec absq; causa dictum . Nam & a temporis opportunitate ansam capít, quo alacriores reddat offerentes Et quid commodum habet eius diei tempus, quo facilius detur eleemosyna? Ecce, quoniā tuma labore omni cessatur, relaxationeque & ferijs alacrior fūt animus. Et quod multo maius est. Innumeris eo die bonis potiti sumus. Nameo die destructus est infernus, extinctum maledictū disparuit peccatum, conftractæ inferorum portæ, captiuus factus est diabolus, diuturnū bellum diremptum, conciliati deo homines, nostrumq; genus ad pristinam, imo ad maiorem redit: dignitatē, viditq; sol inopinatum & admirabile illud spectaculū . Quod homo factus est immortalis. Hęc omnia volens ipse nobis in memoriam referre, diem illum in medium attulit, ipsum in aduocatum assumens, qui vnicuiq; diceret. Cogita homo quanta & qualia bona accipisti hoc die, quantis malis eis liberatus . Qualis eras antea, qualis postea factuses. Iam si nos natalitia celebramus, & multilibertinorum etiam eos dies, in quibus libertate donati sunt in magno honore, ita ut alij, venerando tempus, conuicia faciant, alij multa munera largiantur. Quantomagis nobis dies ille obseruandus, quem si quis natalicium totus humanæ naturę appelleat, haud aberrarit. Per dīti enim eramus, & inuentis sumus. Mortui eramus & reuiximus. Inimici eramus & reconciliati sumus. Spirituali autem honore inquam hunc diem venerari oportet, non coiuando, non viuum profundendo, non ebrietati choreisq; vacando, sed indigentes fratres libertate faciliter iuuando. Quę dico, non vt laudetis tantum, sed vt & vos quoq; imitemini. Neq; enim putare debetis hęc solis Corinthijs esse scripta, sed & vnicuiq; nostrū. ac omnibus, qui post nos futuri sunt. Faciamus itaq; sicut nobis Paulus prescrīpsit, & die dominico vnuquisq; nostrum domi opes dominicas reponat, fiatq; ex hoc lex & consuetudo immutabilis, nec dubito post hac non fore opus adhortatione vel consilio. Nequaquam enim tam efficax est, adhortatio & sermo, vt consuetudo tempore firmata, Statuamus igitur hoc, vt dominico die aliquid in subsidium pauperum reponamus, neq; legem postea transgređiamur, etiam quantacumq; vrgeat necessitas. Iam cum dixit, In una sabbatorum, subdit. Vnusquisq; nostrum, non diuitibus ait, dico solum, sed & pauperibus, non liberis solum, sed & seruis, non viris solum, sed & mulieribus . Nullus ab hoc ministerio exemptus, lucrue sit expers, sed vnuquisq; aliquid offerat . Neq; collationi huic obstat inopia, quantumcunq; enim pauperis, non es pauperior vidua illa, que omnem substantiam expendit, quantumcūq; mendicus sis, non eris pauperior Sídonia muliere, que pugillum farinę tantum habens, sollicita erat, quomodo prophetam digne execiperet, tametsi videbat circumstantes pueros, & famem urgentem, neq; aliud quicquā haberet repositum. At qua de causa dixit, vt aliquid apud seipsum reponat, thesaurizans Ne forte quis erubescat & vereatur ostendere tam parum a se offerri, & ideo ait. Tu serua & custodi, & cum paulatim parue oblationes iustum aliquam quantitatem habentum pfer in medium. Item non dixit colligens, sed thesaurizans, vt discas quod sumptus ille thesaurus sit, & expensę illae questus. Thesaurus inquam est omni thesauro melior. Nam sensibilis thesaurus, & insidijs petitur, & imminuitur sepeq; inuentores pressū fundat. Cœlestis autem ille, totus alius est, insidijs ignorat, auferri nequit, salus possidentibus & accipientibus, non consumitur tempore, non perit iniuria, sed pro rōbus eiusmodi iniurijs superior, multa colligentibus affert bona. Obediamus igitur, & faciamus etiam nosita, vt cum priuatissimisq; sacræ opes, in domibus nostris repositæ, futurumq; vt per eas etiā priuatę conseruentur. Quemadmodum, si opes subditorum in regijs promptuarijs conseruentur, per illas etiam regiæ securiores sunt, ita certe & in domo tua si pauperū opes reponueris, & dominico die colligeris, etiam tuę securiores erunt. Erisq; dispensator opū

*dies dominicus in operib⁹
charitatis excedet
eris Comodior*

*Quomodo dies dominicus
celebrandus*

IOANNIS CHYRSOSTOMI SERMO

illarum a Paulo ordinatus. Et hinc collecta hæc occasio erunt, vt plura colligas, modo primum tibi ipsi bonam hanc consuetudinem feceris, nam te ipsum instigabis, nullo alio consiliario habens opus. Hoc itaque modo vniuersi sunt; domus ecclesia fiat, sacras opes intra se conseruans. Enim uero gazophylacia quæ in templis sunt, illarum symbolum gerunt. Locus in quo pauperum opes sitæ, in accessus est dæmonibus. Et opes, quæ in eleemosynas deputatae, domos plus muniunt, quam scutum & lancea, ac arma, & seruorum & militum manus. Porro postquam apostolus dixit, quando, & a quibus, & quomodo eponendæ sint haec opes, quantas illas esse oporteat, offerentium arbitrio relinquit. Non enim dicit. Tantum & tantum offer, vt ne precepto grauet, multis alioquin paupertatem preterexentibus, atque adeo ne dicant pauperes. Quid si tantum prestare non possumus? propterea quantitatem oblationis virtute offerentium determinauit. Vnusquisque enim vestrum, aut, apud se reponat, thesaurizans, quod commodum fuerit. Quo verbo ~~euangelio~~ Paulus demonstrat, quod superne fauor & felix euentus eis assistet. Non enim hoc solum considerabat, quomodo, sed & ut magna cum promptitudine pauperibus necessaria suppeditarentur. Enim uero & deus eleemosynam non ob hoc solum instituit, vt pascantur indigi, sed etiam ut dantibus accrescent beneficia, atque adeo magis propter dantes, quam accipientes. Nam si pauperum duntaxat habuisset rationem, nihil aliud praeceperisset, quam ut necessaria eis darentur, nec dantium promptitudinem requisisset. At nunc videre licet Apostolum hoc potissimum agere, & ordinare, vt gaudetes & hilaris sint largitores. Et alicubi dicit, Ne ex tristitia, vel ex necessitate Hilariter enim datorem diligat deus. Ecce non simpliciter dicit datorem, sed eum quilibenter & volupe benefacit. Et iterum alio loco. Qui impertit in simplicitate, Qui preest in diligentia. Qui largitur in hilaritate. Et propterea vera eleemosyna est, sic dare, vt gaudeas te dare, putesci te accipere, magis quam dare. Atque hoc modis omnibus conatur, vt leue faciat preceptum, si atque cum alacritate oblatio. Et considera, quot nominibus attentauit, precepti pondus & gravitas em auferre. Primum iubet offerre non unum, duos, vel tres, sed vniuersam ciuitatem. ~~λογια~~ Collatio enim nihil aliud est quam collectio, & symbolum quod omnes dant. Secundo accipientium dignitatem significat, non enim dicit pauperrim sanctos. Tertio exemplum affert aliorum, quisimile quiddam fecerant, cum dicit. Sicut ordinavi ecclesijs Galatiæ. Quarto diei oportunitatem adiicit, dicens. In una Sabbatum, unusquisque apud se ipsum ponat. Quinto non iubet omnia simul perfundiri in eleem oynam, sed paulatim. Indignum enim iubere, totum uno die offerre, & tanto tempore in opia premi, hoc enim citra rationem sumptuum omnino esset. Ad haec, non discernit mensuram, sed offerentium arbitrio permittit, & adeo datum declarat. Vtrunque hoc insinuat, cum dicit, quod commodum fuerit. Adiicit & septimum alium modum, cum dicit, vt ne, cum venero, tunc collationes fiant. Quod dicto & suburget expectantes unum aduentum, & solatur certum diem aduentus suiscribens. Neque his contentus, alii etiam octauum adducit. Et qualis namille? Vbi venero autem, quoscunque probaueritis per epistolas, hos mittam, vt perferant gratiam vestram Hierosolymam. Quod si fuerit opera & premium vt & ego ipse proficiscar, mecum perficiscerentur. Vide quam aliena a fastu & mansuetate sit generosa illa ac beata anima, vide quam sollicita & affectuum plena. Non luit enim ex sua sententia eligi, ministraturos pauperibus necessaria, sed eorum electio nemipenis permisit. Neque iniuriæ loco habuit, quod Corinthiorum suffragio sententiaque & non Pauli constituebantur, imo absurdum censuit, si secus ageretur. Et hac de causa permisit eis, vt quorum erat oblatio, eorum esset & ministrorum electio. Interim & mansuetudinem suam demonstrans, & omnem mansam ac umbram suspicionis auferens. Nam

licet ab omni suspicione mala alienus, & sole purior erat, ex abundā tia tamen hoc curabat, quo infirmoribus parceret, & suspicione effugeret. Vnde dicit. Vbi venero autem, quoscūq; probaueritis eos mittā, vt deferāt gratiā vestram. Quid dicas Paulus? Tu autem nō nauigabis, neq; subsidia accipies, sed alijs rē demādabis? Ne cogitantes tale quiddā tristiores redderet, vide quomodo & hoc bñ tractat. Nō em̄ sim̄ plíciter dixit, quoscūq; probaueritis mittā, sed quid? Per epistolā, Tāet si nō corpore adero, sed literis meis affuturus, adiuuabo illorū ministeriū, Nū Pauli vmbra vel calciamētis eius digni sumus. Et ille tāta apud oēs dignitate cōspicuus, reīcīt honores vnde quacūq; nos vero stomachamur & ægre ferimus, si quādo nō sentētianō, stra, neq; suffragio & iudicio ordināt q; subsidia illa ministrēt, & iniuriā putamus, si nō nobiscū, & nostra sentētia hoc faciūt qui sua ipēdūt. Vide autē qualiter eleemosynæ vbiq; meminit. Hoc loco eā nō vocat mādatū, neq; eleemosynā, sed gratiā, demōstrans, q; sicut mortuos excitare, & dæmones effugare & leprosos mundare, gratiæ opus est, sic etiā pauperes iuuare, & indigis manū porrigerere, imo multo magis hoc quā illud. Iam licet gratiā sit, nostra tamē opus habet opera studio, vt eligamus & velimus, & gratiā dei dignos nos exhibeamus, & prēparemus.

CHoc quidē dicto egregie ipsos cōsolatus est, quia literas suas cū eis missurus esset iterū tamē alio maiori quā antea, cōsolatur, dū pollicetur se ipsum itineris sui sociū futurū. Si em̄ fuerit opepcū, vt & ipse pficiscar, mecum pficiscēt. Et vide etiā hīc īpī idustriā. Neq; em̄ negauit sēsīl'iturū neq; oīno īturū, sed īterū arbitrio dātiū rē submittit, eosq; dños facit suę pegrinatiōis, demōstrās q̄ta sit hēc dignitas. Nā tāta est quę etiā īpm itineri se vt accigat, excitet, Nā cū dicit, operę preciū, cōiectātis est. Quod si p̄ oīa hāc p̄fectionē abnuisset, tristiores vtiq; eos reddidisset ac segniores, Sin dubie promississet, negligētiores fecisset, & ideo nō oīno negat, neq; pollicetur, sed sentētiae Corinthiorū submittit. Audiētes em̄ Paulum delaturū oblationes suas, maiori studio & alacritate ferebātur, q; per sanctas illas manus oblationes suę deferēde essent, & huic sacrificio præces illius accederēt. Porro si tanta alachitate hoc faciebat Corinthijs obsequundaturi Paulo, tuero dabis dño Pauli, Nā ppter pauperes deus suscipit. Qualē excusationē habiturus es, si negaueris vel distuleris? Et profecto nisi res magna, curaq; multa digna esset, ille cui totus orbis creditus, & cui curæ erant omnes que sub sole ecclesiæ, vix id muneris obiijset.

CIgitur hēc & nos cogitemus, quoties vel dādū vel dātibus alijs ministrādū, ne si mus difficiles, tristesve p̄inde ac possessiones īmīnuerēt. Quomodo em̄ nō absur dum. Agricola semētē facit, & quę habet expēdit, & nō tristat, nec dolet, nec sumptum se facere putat, sed lucrū potius, tametsi incerta eius spes. Tu autē nō ītā vilib', sed īmulto maiorib' seminās & daturus pecuniā ī manū Christi recusas, torpes. & ī opiam prætexis? An non potuit deus præcipere telluri, vt proferat aurum elaboratum. Etenim qui dixit, Germinet terra herbam fœni, & ipsa mox protulit viridianam faciem, non potuit præcipere, vt fontes & fluuij aurivbiq; manent? At noluit, sed permisit multos in opes tam obēorū quā tuam vtilitatem. Quandoquidem ad virtutem conducibilior paupertas quam diuitiæ, & his qui ī peccatis sunt, nō parua consolatio est, quod īdīgentibus subsidium ferunt. Prætereā huius rei tanta cura fuīt deo, vt cum nobiscum hīc ageret, carneq; īdutus cum hominibus versaretur, nō detrectaret neq; erubesceret quod ipse met ea quę pauperum erant dispensare voluit, quamuis tot panes fecisset, faceretq; mādato suo, queq; vellet, possetq; īfīnitōs thesauros simul monstrare. At qui hoc non fecit, sed precepit discipulis, vt haberent marsupium, & dispēlarent indigis, Non ad cū Iudā per enigma loqueretur, de tra-

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO

ditione, non intelligentes discipuli quid dixisset, putauerunt dictum, ut pauperibus aliquid daretur. Et dicit, Marsupium ipse portabat, & quæ ei dabantur. Frequens enim deo est misericordia non solum eius quæ erga nos, sed eius etiam quæ ab hominibus in conseruos a nobis fieri debet. De quo in veteri ac noua leges innumeratas, Per omnia humanos esse iubet, in cogitatibus, verbis & operibus, Moses de his sum ac deorsum sermones disseminat. Prophetæ ex persona dei clamant, Misericordiam volo & non sacrificium. Apostoli quoque illis consona, & faciunt & dicunt Proinde in hac negligentes ne simus. Non enim tam pauperibus quam nobis proximus, plura accipientes quam dantes.

Hec non temere, & absq; causa dico, Sunt enim per quam multi, qui nonnunquam curiosius rogan & inquirunt patriam, & vitam, mores & artem, & corporis bonam valetudinem, & inde criminis intentant, & obsanitatem, de eis pœnas exposcunt, Hinc fit, quod multi etia cæcitatem corporis simulat, ut eius calamitatis actu crudelitatem humanitatemq; nostram inflectant.

¶ Quæ quidem si æ state continguant grauias sunt, non tamen usque grauias, Hyeme vero & frigore, tam inhumanum & crudele iustificatorem se exhiberi, veniamque nullam ociosis concedere, summe crudele fuerit.

¶ Quid igitur Paulus ad Thessalonicenses dicit. Si quis laborare non vult, etiam non comedat! Ut & tu hæc audias, & non ad illum solum, sed & ad te quoque hæc verba attinent, Pauli enim leges non solis pauperibus, sed & nobis positæ sunt.

¶ Dico quid onerosum & molestum, scio vos succedere, attamen dicā, non enim ut grauem, sed ut emendem dico, Illis quidem ocium obijcimur, etiam in re cui debetur venia, Nos autem eadem sepæ facimus omni ocio grauiora.

¶ At ego, dicas paternam hæreditatem habeo, An ergo quia pauper, & ex pauperibus est, & nō contigerūt ei progenitores diuites, dignus est q̄pereat? Profecto hac de causa commiseratione & misericordia diuitum maxime dignus est. Tu quidem saepe diem teris in theatris, & in concilijs, & in conuentibus, e quibus nulla utilitas, et multis obloqueris, & nihil te committere, nec te ociosum putas, Hunc autem miserum & ærumnosum, in lachrymis, in precibus, in extrema miseria totum diem ex pendentem, iudicas, & ad tribunal trahis, & de eo pœnas exposcis? Heccine humana est sententia! Igitur quando dicas. Quid dicimus Paulo. Tu ea tibi ipsi, non pauperibus dic. Et non solum minas, sed & veniam ibi lege, Nam ut dixit, Si quis non laborat, neque comedat, adiecit, Vos autem fratres ne afflixeritis bonum facientes.

¶ At qua ratione dicas, excusabis eos. Fugitiui sunt, & peregrini, & nebulones, restiataque patria sua in nostram confluunt. Et tu hac ne de causa stomacharis, ciuitatisque huius coronam præcipuam vel licas? quoniam communem patriam et portum omnes eam putant, & alienam propriæ preferunt Ne tantum præconium adulteres, ne principalem hanc patriæ laudem decurtes, Olim cum famæ totum orbem inuasura esset, habitatores huius ciutatis, his qui Hierosonymis erant, atque adeo illos ipsis, de quibus vobis totus hic sermo loquutus est, per manum Barnabæ & Sauli subsidia miserunt non parua, Qua erga veniam digni erimus? quomodo excusabitur? cum patres nostri suis opibus pauperunt eos qui a longe habitabant, et ad ipsos currebant, nos vero etiam, aliunde ad nos confugientes, fugamus, et ut de eis

poene sumantur petimus, præsertim, cum non ignoremus, nos plurimorum malorum reos. Quod si deus ita diligenter nos scrutaretur, vt nos causam pauperum, nullam vnam quam misericordiam, vel veniam assequeremur. In quo enim iudicio iudicatis, dicit, & vos iudicabimini. Esto igitur misericors & benignus conseruo, dimittenturque tibi peccata multa, m' ferere, & eandem sententiam inuenies. Quid tibi ipsi negotia plectis? Quid curiosus es? Si deus ita ordinasset, vt percontaremur vitas et exposceremus poenas, & curiose aliorum mores discuteremus, an non multi grauatim ferrent, et ad seipso dicearent. Quidnam hoc est? Difficilem rem nobis deus prescrivit.

Non enim possumus aliorum vitam inquirere, si quidem ignoramus quid admiserint? An non multi ita dicerent? Nunc vero cum omni hac curiositate nos liberauit, & daturum semper suram perfectam pollicitus est. siue bonis siue malis qui accipiunt, nobis ipsis negotium facimus. Et unde hoc liquet quod siue bonis siue malis dederimus, mercede accepturi simus. Hinc videlicet, q' ipse iussit nos, vt oraremus pro insectantibus & calamitantibus nos, vt simus similes patri nostro, qui in coelis est, qui sole suum oriri permittit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Proinde quemadmodum dominus tuus, cum multi blasphemant, multi fornicantur, multifurentur, latrocinentur, sepulcris insidentur, & multa mala faciant, ipse non definit asua in omnes beneficentia, sed communes radios, communes himbres & fructus terræ perfert, suam monstrans misericordiam. Sic & tu fac, & cum adhuc tempus misericordie, iuua pauperes, pasce famelicos, libera afflitos, ne sis pterea curiose sollicitus. Nam si vitas hominum discussuri sumus, nullius inquam miserebimur, & intēpestiuia curiositate hac prepediti, absq' fructu, & destituti omni adiumento permanebimus, magnum interim labore frustra & incassum subeentes. Ea propter obsecro, vt intēpestiuia curiositate hac omissa, indigētibus omnibus detur, fiatque hoc magna alacritate,

vt etiam ipsis misericordiam & benignitatem apud deum assequamur

Oro, vt hoc vobis omnibus eveniat per gratiam & misericordiam

domini nostri Ihesu Christi, cum quo patris

mūl et spiritu sancto sit gloria impe-

riū & honor nūc & sem-

per, & in secula

secularū.

Amen.

SERMONIS DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE ELEMOSINA ET COLLATIONE IN SANCTOS. IO ANNE OECOLAMPADIO INTERPRETE.
FINIS.

IOANNIS CHYRSOSTOMI SERMO.

DIVIO ANNIS CHYRSOSTOMI SERNO.

In dictum apostoli ad Corinthios. Cum subiecta fuerint illi omnia, tunc et filius ipse, subiectetur ei &c.

INTERPRETE IOANNE OECOLAMPADIO.

In hesterno fratres, quem de æterno Christi regno habuimus sermone,, & nos omnes dicendi neruos intendimus, & his quia uscilarunt, iusta sufficiensq; obtigit enarratio. Iusta inquam, non si dignitas rei prædicandæ, sed si meæ prædicantis vires spectentur. Neq; enim vel in cœlis, vel in terris aliquid tale, quod laudatissimam vnigeniti dignitatem, meritis laudib⁹ efferre potest. Multa sane de domini theophania prædixerunt prophetæ. Multa de-creuit lex. Multa prædicarunt apostoli. Multa pmulgarunt Euangelistæ, & adhuc di-gnitatem illam ne vñus quidem assequi potuit. Quod si tata spiritus sancti flumina, per petuis limpidisq; amnibus inanatia, omnes humanas vires insumpserunt, & nihil quod par sit ac dignum virtute diuina eructarunt vbi nam tenuissima sermonis gutta compa-rebit, cum talis ac tanta sermonis eminentia pponitur? Qui posset mortalis lingua im-mortalem naturam dignis præconijs celebrare? Profecto, nō caput humana ratio, vt ser-mo ille per quem mundus est factus, quantum ad decet, prædicetur. Quidigitur? Præ-dicamus, quantum possumus, quandoquidem non possumus, quantum debemus. Qui p-pe in alijs quidem certaminibus, laureas referunt, qui victores redeunt, at in disputatiō-nibus de rebus diuinis, solis illis debet tur corona qui se rei magnitudine victos ingenue-fatentur. Itaq; si dicere conatis fuerimus, vincimur, sin tacuerimus non iudicabimur. Ni-hilominus cū sint qui dicant. Demonstratū est regnū Christi nullo fine consumari, & qđ tradit regnū deo & patri, hoc est, orbem, i quo cū regnauit oī peccatū, postea idē a gra-tia regi cœpit. Adhuc de eo inuestigatū est nihil, qđ qñ subiecta fuerint illi oīa, tūc & fi-lius ipse subiectetur patri a quo subiecta sunt illi oīa. Operē p̄ciū igit̄ fuerit, vt de hoc quo q; p̄ nrā virili aliquid afferam⁹ in mediū, ne s. imprudētib⁹ silētio nostro ruinæ alicuius simus authores. Velle itaq; fratres cōstare vobis om̄ib⁹, quod p̄pter nostrā voluntatē, id p̄termissum fuit. Nā cū cætera iuxta ordinē, & vt sermo postulabat, traderetur, arbitra-bamur, ex his qīā tenebatis, declarari etiā id qđ omittebatur. Nā vñus scopus eademq; ratio, soluit q̄ dicta, & manifestat ītermissa. Eniuero iuxta dispēsationē dicta sunt hęc ab apostolo. Et quēadmodū illic cū dicitur, tradit regnū deo & patri, nō rñdet virtuti, quā-ta p̄dicari potuit, sed leuiter & ī superficie res agit̄, quo cōsula ībecillitatē eorū, qui deo-rū multitudinē īuectū īrī suspicari possent. Lacte em̄ vos potauī, ait, nō cibo, sic & nunc simili sermone hoc dicit. Siquidē ḡnalis scopus apud apostolū est. Quod nūq; īducit di-uinā naturā seditionē aduersus seip̄am excitatē, aut filiū patri oblectatē, iuxta īpiā Iudeorū suspitionē. Dicēbat em̄, Nō est ille a deo, quia sabbatū non obseruat. Itaq; vnicā introducit naturā seditionis p̄fus ex p̄tē. vñā cōcordiā, vñā sermonē, vñā volūtate, vñā ptatē, vñā deū ī oībus, nēpe vt erroris eorū, qui multos deos statuit, excinderet ger-mina. Declarauim̄ em̄, vt memores sunt auditores studiosi, qđ idē sermo, qui patris di-gnitatē astruit, is verbis & syllabis īisdē Christi quoq; dignitatē p̄dicat. Et sicut ibi dixit vt sit de⁹ oīa ī oībus, sic & deo vñigenito ait, sed oīa ī oīb⁹ Christus. Iḡi⁹ quid sibi nūcvult quod ait. Subiectetur, Pharmacū, inquā, hic parat gentiliū morbo. Non statuit dogma ecclasiasticū, sed paganorū opinionē refutat. Quod si absolute eos sermone fuerit vt ēdū futura illi Cbristi Subiecto ob ecclasiā dicit̄, tū scilicet, cū nihil spuriū, nihil ue adulterinū hñs subiectur, & syncerū prorsusq; germanū deo populū affert. Ea ppter coactus ver-bum locut⁹ est, & qđ nō facile incircumspectior aliquis accipiat. Proinde hic disce. Que cunq; eiusmodi dicta Christo tribuūtur ea ad ecclasiā Christi p̄tinent. Cuius rei testem

IN HOCDICTVM APOSTO, VT IN AM TOLLERAS, F, OXCVIII.

ipsum met dñm ecclesię pducā, sed paulo alti⁹ rē repetam⁹, quo p̄specti ora sīt q̄ dicūt. Quādiu i mūdo hoc erat scđm carnē Christus, p̄ salute mūdi, hūanā ip̄les dispēsatio= nem, p̄seq̄batur eū Iudēi, & ab i nīmīcis veritatis ifestabaſ i aluator orbis. Et ijs q̄ bñficijs cottidianis fruebātur, erga fōtē bñficiorū erāt ingrati. Vbi aut̄ oēm huānā adimpleuit dispēlatiōem, & p̄ passionē. i cœlestes cōcessit choros & corpore qdē trāslatus est, veri= tate aut̄ i p̄a adimplet oīa. Corpus itē qd̄ iduerat, in excelsa receptū, a dextra magnitu= dinis in sublimib⁹ collocauit, nō q̄si extraneā ac pegrinā quādā acceptur⁹ dignitatē, sed vt corp⁹ qd̄ aīa mortale erat hac tāta gloria circūamiceret. Verū post spūs tradit̄ iōem, post cōsummatas passiones, post resurrectionē illā celeberrimā, postq; illā i cœlos trāslati= onem, cū ab oī exercitu adorareb̄, etiā eorū q̄ sup̄ cœlos sūt, circūstipareb̄ itē oīū āgelico= rū ordinū agminib⁹, & iā nō esset in eorū numero, q̄ affligebāt, p̄secutiōib⁹ q; ifestabaſ vbi Paulū furibūdū vid̄ aduersus ecclesiā, & aduers⁹ sāctos furoris sui venenū effūdere, inquit ad eū, is q̄ passionib⁹ vltra nō erat obnoxius, sed i tā admirabil i honore, diuinaq; gloria versabaſ. Saule Saule q̄re me p̄seq̄ris. Et plane nō te p̄sequor, q̄ tuā i cœlis habes que ecclā patitur hec. et Christus.

Vides qd̄ p̄secutio ecclesiæ Christo asscribit̄, q̄ ecclesię caput est. Sicut igīt cū ecclesia fert p̄secutionē, Christus eā se ferre dicit, ita & nūc Paul⁹, cū ecclesia subdit̄, dicit Christum subiçci. Argumētū itē aliud huius rei, si placet, accipe. In duob⁹ em̄, tribusue testib⁹ cōsistet ōe verbū. nō qd̄ vocī dñicæ accedere oporteat testimoniuū aliu d. Sed ideo quia Christus cū loq̄, apd̄ credulos fidē iuenit, apud infideles nullū p̄suadet testimoniuū, vo= cem dominicam nō cōfirmam⁹, sed insipientia hæreticorum ora obstruim⁹. Paul⁹ ergo ille a Christo edoc⁹ quod persecutio ecclesiæ in Christum vergeret, cognouit, & quod consentaneū, quod quicquid patitur ecclesia, i Christū quodammodo refer̄, quare & ip̄e regis sui verborum vestigia sequens, in vna ep̄istolarum dicit, Impleo que defuerunt afflictionib⁹ Christi. Et nunc & iterum affligitur Christus, etiam si in cœlos redijt. At vide qd̄ p̄terea dīcat, suppleo q̄ defuerūt afflictionib⁹ Christi i carne mea p̄ corpore suo quod est ecclesia. Vides vt sua faciat, q̄cūq; sūt ecclesię siue passiones siue honores. Ve= neratus es ecclesiā, venerat⁹ es Christū. Insectat⁹ es ecclesiā, tāetsi nō opere, p̄posito tñ Christū insectat⁹ es. Cogita quātū piculū eorū, q̄ ecclesiā mōrōre afficiūt, quāta corona eorū, q̄ ecclesiā venerat̄. Qui vos spernit, me spernit, iquit seruator. Agnosce dñe vocē, q̄ spūale alīqd̄ i se reconditū & cōsequēs habet. Nā & p̄ de prīscis illis suis p̄phetis talia loq̄baſ, ppriāq; ducebat iustoz̄ iuriā. Nā cū Achimelech rex Phylistii accepisset Sa= ram Abrālæ vxorē, dicit ei de⁹, Restitue viro vxorē, q̄a p̄pheta est, & orabit p̄ te. Ille vero respōdēs aīt, nesciebā dñe, qd̄ vxor ei⁹ esset, puro corde hoc feci. Quid aut̄ ad ip̄m dñs! Et ego sciebā, qd̄ puro corde hoc fecisti, & ob hoc pepci tibi, ne i me peccares. De= claratū itaq; ē fratres, qd̄ oīa q̄ i ecclesia cōsiderāt̄, in Christū referri possunt. Et idcirco Apostol⁹ dicit, Subiçieſ filius, hoc est ecclesia, ei q̄ subiçit illi oīa. Ceterū est & via alia, qua solet obstrepare malign⁹. Et q̄dnā aīt? Nēpe, Ecclesia nō subdit̄, sed primū subiçieſ post resurrectionē. Itaq; & idē argumētū ad cōtradictionē tuā obtēdi poterit hæretice. Dic mihi, Christus an nō subiçieſ etiānū iuxta tuū sermonē, cū subiçit sibi oīa, tūc subi= cietur, & tps habuit, quo i p̄feti dñō nō fuerit subiect⁹? At si hæretice iuxta tuū sermo= nem Christus nūq̄ reluctaſ patri, temere dīc⁹ qd̄ cū subiçiet sibi oīa, tūc subiçieſ Sex= centis noīb⁹ subiectiōne illi⁹ p̄fers, & nūc in aliq̄ tps se inoues alā quādā ip̄ius subiectio= nem, Cū audis Christū dicentē, Nō veni vt faciā volūtatem meā, sed eius q̄ misit me, statī p̄fers cornu ip̄ietatis atq; dīcis, Vides vt subiect⁹ ē p̄t! Si audieris ip̄m dicētē, Ego am̄ ip̄o nō loquor, sed p̄ mihi mādatū dedit, qd̄ dīcā & qd̄ loquar. Stati excip̄is verbū, cōfir= mas qd̄ Christo nō sit authoritas, sed subiçieſ. Si audieris ip̄m dicētē, Ego nullū iudico, ē qui q̄rat & q̄ iudicet, rapti arguis verbo subiectiōne. Cū ergo in oīb⁹ ostēderis subiectū,

IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO.

cui⁹ grā, argumētū adducis malignū, dicisq; Verbū sequor & nō s̄esus cōiecturā. Quia tūc subicijē q̄ semp̄ est subiect⁹. Quid ergo vult sensus cōiectura. Nusq; nō apostoliscopus est. Ut aboleat̄ error i p̄ius, quo dij multi ivehūt, vt eijsiaſ seditio naturę oīs seditionis exptis, & vt exterminet̄ male ſetiētū ſuſpitiones. Mōstrat itaq; ſubiectionē nō violeṭā, neq; neceſſitate coactā, neq; ſeruile, ſed cōcordiā dignitati cōgruā. At mīfrat, ne facile q̄ pdictas ſūt iuadas, vt cū dicit̄. A meipſo hoc nō dico, mādatū dedit mihi p̄ qd̄ dicā, & quid loquar Vereor eīm, ne q̄ aduers⁹ h̄ereticos diſputatiōis grā dicta ſint, i eccliaſtiſis dogmatib⁹ te offēdat. Sicut ergo ſermonē nīrm ſupi⁹ aſtruxim⁹, cū de mēte apostoli respōderem⁹, qd̄ nō oīa vt dogmata pdicariſ apostoli, ſed alia qdā vt dogmata, alia iuxta diſpēlationē ppoſita ſūt. Id qd̄ & apd̄ ſōtē veritatis, dñm apostoloz & pphetař ſue nīo, qd̄ nō ſep̄ ad dignitatē ſuā, iuxta dogmarū ſcilicet veritatē locut̄ ſit, ſed diſpēlationē qdā, p̄ iſfirmatate ppli nōnūq; ſe ſubmiserit. Age dicit̄ mihi fī cū dicit veritatis dñs Siego mihi i p̄i teſtis ſū, teſtimoniū meū nō eſt verū. Sequear diſtione, ſequear verbū iuriā faciā dignitatē, ſi qdē p̄ diſpēlationē dictū. Sed neq; ſi maligni, i terpres eſſe velle p̄ mittet mihi dñs, q̄ licet diſtione pperā ſequear, ſel̄ tñ cōiecturā prauā excludit, & voce alia me corripit, q̄ ſicut alio loco ſacta de diuinis tradit̄, ita nūc ſi pl̄iciter dignitatē cōfūdere & iuriā afficere videſt̄. Quādoqdē dicere poſſet, Rationē iſfirmoꝝ Iudeorū habēs dicebā. Si ego de me teſtificor, teſtimoniū meū nō eſt verū, quā diſtione tu ad blaſphemīa rapiuſti? an nō me alicubi dīcētē audisti, etiā ſiego de me teſtificor, teſtimoniū meū verū ē. Quid ergo fr̄es, cōtraria ſibi i p̄i p̄nūciabit veritas? Absit, ſed alit ſe habet ad eos q̄ veritatis ſūt alūni, & aliter ad eos, q̄ a veritate aliquātulū abalienati, nō qd̄ i p̄a uarieſt, ſed qd̄ p̄ ſigulo rū habitudine ſe ſe accō modat. Quare i ḡiſt̄ dicit Iudeis, Ego a meipſo nō loquor, ſed p̄ mihi mādatū dedit qd̄ dicā & qd̄ loquar, quia opinabāt i pm̄ eē Moſaice legi ūnicū, & pſcribere aduersa p̄ri, q̄ i lege ſabbatū legi hōeſtabat, videbaſt q; legib⁹ noui teſti pugnātib⁹ cū veteſi, noui ſtat⁹ iduci. idcirco declarare volēs, ſe nihil cōſtitueret qd̄ deo diſpliceret nihil ēt̄ pdicare, qd̄ legi aduersare, dicit̄. Ego a meipſo nō loquor, quē admodū voſ ſuſpi camini, ſed ille i p̄e q̄ a vobis adoraſt, i p̄e mihi mādatū dedit, quaſi doceret eos, qd̄ ſi h̄ac ſuſillauerit̄, nō meā doctrinā ſuſillat̄, ſed i p̄igitiſ i deū, quē cōfitemini. Qñ ergo fr̄es ſic misere, ſic abiecte, ſichūl̄ ſermonē xpi tracto, vt accipiā quaſi i ſeruili cōditiōe dicaſt̄ hec vox, a meip̄o nihil facio p̄ mihi mādata dedit, qd̄ loquar & qd̄ dicā vides mox i q̄tū i p̄ietatis p̄fūdū deſcēdosi ita ſuſpicer. facio cī ipſū nō ſolū p̄e iſeriorē, ſed & apliſi p̄i ſimnorē. Quō aūt id ausculta, paul⁹ dicit, De virginib⁹ p̄ceptū dñi nō habeo, cōſiliū aūt do, Paulo p̄mittis abſq; p̄cepto cōſiliū dare, xpm̄ vero ſuſeruitutis iugū abſtrudis? qui ita mordic⁹ tenes verbuſ quodfr̄, a meip̄o facio nihil, iā ſicut & ātea p̄miſialiter i pm̄ diſputaſ ſe ſolitū cū hiſ q̄ veritate enutriat̄. aliter cū hiſ, q̄ ab ea ſeq̄ſtrati. Neq; ei iud ei ipſū eſſe filiū dei reputabāt. neq; i mēte iudeis venit deū eē ſermonē. nō audisti qualia de i p̄o dixe rūt, hō ille nō ē dei, q̄ ſabbatū nō custodit, nō putabāt eē hoīez dei, & quō dignitatē vni geniti cōiectar ēt̄ ad hec dicebat̄ i terū de ſeruatore, ſcim⁹ qd̄ hō h̄ic p̄ctōr ē, q̄ ſabbatū nō ſeruat. Cū ergo de i p̄o ſetir̄ ēt̄ vt p̄ctōr, & hoīe, cuñihil cū veritate cōe, vllā ne diuinitatis opinionē v̄l fortuito de i p̄o cōciperēt̄ ea de rōne ad ſic affectos voſ ſuſmisiſt, eos q; docuit, ne ob externū hitū cōtradicētes, p̄tēt i pm̄ a dia volūtate diſſidere, Vñ dicit̄ dicebat, a meip̄o nō loquor, i p̄e mihi mādatū dedit qd̄ dicā & qd̄ loquar, apd̄ eos autē q̄ fide fili⁹ i ſtructi, aia duerteſt voſ ſuſplicē & abiecta deponit, diuīnēq; dignitatis gl̄iam induit dīces. Audistiſ diſtū eē antiq̄s, nō facies adulterū, q̄ viderit vxore p̄ximūt cōcu p̄iſcat, iā peccauit eḡo aūt dico, vides, quō nuda authoritātis, vt ibi fidelis, & quō formata actecta p̄ diſpēlationē, vbi ſuſpect⁹ auditor, Cū aūt puul⁹ ferme i turbā cōtrit⁹ dixit, ſp̄ diuini ſermoniſ auditiū ſebat̄ ſuſperit̄. Eteīn aīarū hostis diabol⁹, vbi videt qd̄ ſermoacu tāiacula aduers⁹ deſceptionē ūā emittit, cōtinuo auditores cōtba tv̄ veritatis argumēta diſpellat, eutich⁹ adoleſcēs docēte paulo ſebelā excitauit & hic adoleſcēs qdā auditoriū p̄pliiter bauit quo magis ppoſito deſtituerēt auditores atq; fr̄es nos fugiētes ſi fluctuū tē

Multa per diſpēſa non diſta

pestatē ad traquillum veritatis portum, nauium appellamus. Nolle enim digressio
 nem latius expatiātem, quæ instituto sermoni oblistat. Vbi suspectus auditor, ac
 commodetur ad dispensationis rationem doctrina, Vbi vero syncerus veritatis atq;
 pietatis alumnus, nuda sit autoritas. Ad Iudæos dicebat, Ame ipso nihil loquor. Ad
 domesticos autem fidei, Audit̄is quod dictum sit antiquis, non facies adulterium.
 Ego autem dico, Vbi EGO illud, loquentis autoritatem demonstrat, nam vbiq;
 EGO autoritatem testatur dicentis, vt cum dicit Ego sum, Ego sum, & vsq; conse
 nescat illud ego sum, Et iterum Iudæis dicit, Non veni vt faciam voluntatem meā,
 sed voluntatem eius qui misit me. Soluit item hæreticæ suspitionis dubitationem
 hodierna euangelica lectio. Quando enim leprosus ille ipsum accessit, corpore qui
 dem leproso, anima autem pura & lucida, dicit ipsi, Domine si vis, potes me mundare.
 Quere hic hereticorum canonem, Oportuisset enim consentanea vocis suæ di
 cere, nō volo ego sed vult pār. mūd' esto, nō veni em̄ vt faciā volūtate meā, sed vo
 lūtate eiusq; misit me. Nō audisti me dīcētē, nō veni vt faciā voluntatem meam?
 Si ergo cogat voluntatem potestati subditam, sicut impij dīcunt, cur autoritatem
 exposcis ab eo, qui paternæ authoritati subditus est. Verum nihil horum seruator
 ad eum qui ad se syncero pectore accesserat dixit, sed declarando ipsum sincere esse
 fidei, syncera quoque ac pura sanitatem donauit. Accessisti ad ipsum fideliter, accipe
 & remedium fideliter. Voluntati meæ ascribis benevolentiam, voluntate mea & sa
 lutem capessito. Domine si vis potes me mundare, Volo mundus esto. Non subsis
 tit hæreticæ impietatis definitio. Vides quantum sermoni subest. A propria volun
 tate autoritatem seruat. Hæc autem cum dicam, non induco separatam a voluntate
 patris, voluntatem filij Quam enim filij dixeris voluntatem, patris voluntatem dī
 cis, & quam dixeris voluntatem patris, prædicas authoritatem filij, & si dixeris au
 thoritatem filij, declarabis potestatem spiritus sancti. Vna enim potestas, indiui
 sum regnum. At dicit quis, Attingisti inter dicendum de spiritu sancto, de potesta
 te, ego apostolica voce inuenio spiritum C H R I S T O subiectum. Dixit enim
 Paulus, Quando autem dicit quod omnia ipsi subiecta sunt, manifestum est quod
 omnia, præter eum qui subiecit ei omnia intelligit, ergo spiritus subditus est solum
 enim patrem dicit non subiectum esse C H R I S T O. Verum cum dicit omnia,
 creaturam signat, nō i Creaturam naturam iuria afficit, sed de subiectione inimico
 rum disputat, Ultimus inimicus abolebitur mors. Cur ergo in subiectorum inimi
 corum regione collocas Spiritum Sanctum? Non enim subiectionem amicorum
 pater inducit, non subiectionis angelorum meminit, non subiectionem archange
 lorum attigit, sed subiectiendorum inimicorum inimicus extremus, mors obolebitur,
 loquitur de inimicis qui subditi sunt, non despíritu sancto. Iam si nos fideles qui in
 C H R I S T O credimus, cum C H R I S T O regnabimus, spiritus ne san
 ctus non parem cum obedientibus sortietur dignitatem? In die manifestationis sal
 uatoris sedebunt filii Zebedæi Iacobus & ioannes & chorus ille apostolorum su
 per duodecim thronos, spiritus ne erit circa subditorum suppedaneum. Facest̄ath̄ec
 impietas, Amice sermo hic est de creatura, non de increata natura, non de adorabilis
 dignitate, Et vt diligentem ac exquisitum veritatis sermonem accipias, Considera
 quomodo beatus David induces laudantiū creaturarum chorū dicit, Laudate dñm
 ē cœlis Laudate eū in summis, & relinqua. Angeli, virtutes, cœli cœlorū, & aquæ
 quæ sup cœlos. Nullā spūs mētionē facit, increatū naturā creature nō cōnuerat.
 Tres pueri, qui in camino, induxerunt & ipsi creaturarum chorū, laudate dicen
 tes angelī domini, cœli domini, virtutes domini, sol & luna & c. non recordati sunt

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO

spiritus sancti. Item & Paulus cum diuidit inuisibilia ab ijs quæ videntur, dicite olo co, vbi docet quod in **CHRISTO** condita sunt omnia, tam quæ in cœlo, quam quæ super terram, tam visibilia quam inuisibilia, & confessim adnumerat inuisibilia dicens, siue throni, siue principatus, siue potestates, siue dominationes. Quia omnium quæ videntur seruitus in confessio est. Inter inuisibilia autem recensentur angelii & virtutes, & spiritus sanctus & filius & pater, vt non per ignorantiam coelestium sub iugum seruitutis dominum & dignitatem spiritus sancti trahas, ea quæ videntur discernit neque dicit siue sol siue luna, siue astra, omnia seruituti obnoxia, horum enim conditio comperta est, quod omnia seruiunt. Ceterum in his quæ inuisibilia, sunt principatus & angeli, est autem inuisibilis etiam & qui adoratur spiritus. Igitur ne quis ipsum cum alijs inuisibilibus copulet seorsum numerantur superna omnia, ne in ordine ministrantium sit & dominus. Seorsum numerat quæ non adorantur ut segregetur quod adoratur, Siue throni, siue principatus, siue potestate s, nō dicit siue spiritus. Verum ad institutum redeamus. Si vis domine potes me mundare. Sciebat leprosus scaturientem beneficentiam, sciebat emanantem salutem, sciebat multos male habentes, & a dæmonibus infestatos inuestigasse fontem salutis, & cogitationis hæsitationem deponit, & cum carne quidem leprosus, anima tamen mundus erat, neque enim discolor illius anima. Etenim sicut molesta corporis lepra, colore variat, sic & vbi animam occuparit, duplex facit cor, scilicet ad fidem, & ad infidelitatem se dispergiens. Et quam iniucunda oculis humanis corpore a lepra, tam insuis est oculis dei, in plures secta partes anima. Et ob hoc ait scriptura, Vnde duplicitate corde, & animæ solutæ, & peccatori vias duas incedenti. Rursum contineamus nos in instituto. Volo, mundus esto. O miraculum. Volo, mundus esto. Sermonem nunquam fratres ab authoritate, sermo nonnunquam a temeritate proficiuntur, & hunc quidem fortuito quis eblatterat, ad illum vero, opus comitatur authoritatem eius qui solus potest. Si ergo dixisset Volo, & non subsecutum esset opus, temeritas erat, nunc vero cum opus vocem subsequitur, & sermonem ne ægreferas, & opus reueritor. Vide quantum discrimin inter veterem legem, nouamque gratiam, etiam per omnem statum. Moses cum ex monte descendisset primam legem tulit & mandavit, castris excederent leprosi. Christus vero monte descendens leprosum protinus mundat, & ille quidem morbos eliminat, hic vero curam eorum agit. Ascendit **CHRISTVS** in montem, ascendit & Moses, & hic quidem ut acciperet, ille vero ut daret. Ascendit Moses & inuenit montem impletum tubis, nubibus, tonitruis, fulguribus, turbinibus, caligine. Quæ licet parum congruebant dexteræ & magnitudini apparentis, verum decebat, ut populus ille ita ad pietatem eruditetur. At Christi gratia timorem ponit, seruitutem efficit. Non enim accepimus spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepimus spiritum adoptiōis. Et Moses quidem dedit decem mandata. IESVS autem dominus Mosis nouem beatitudines, dictorum autem veritatem sciunt quotquot aliquatenus scripturas norūt. Prima beatitudo, Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum. Beati qui lugent quia ipsi consolabuntur. Beati mansueti quia hæreditatem obtinebunt terram. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quia ipsi misericordiam assequuntur. Beati mundo corde, quia ipsi deum videbunt. Beati pacifici, quia filii dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quia ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis quando exprobauerint vobis, & persecuti fuerint, & dixerint aduersus vos omne malum verbum mentientes. Quare lex ponit decem mandata, gratia autem nouem beatitudines. Nem

Dñs inter. l. veterem.
Et legem gratiae

IN DICTVM APOSTOLI CVMAVTEM F.O.C.

per decē mandatorū nūerus rñdet numero plagarū Aegypti, decē plagæ Aegypti impietatem castigarunt, & decem mandata, populum eruditūt īsensatum. Id quod & litera Iota īdicat, qua denarius numerus scribi solet, virgulæ enim formam, & figuram p̄r se fert. Et virga erudiebat ægyptios atque populum. IESVS vero dō, minus noster, dat nouem beatitudines, tripliciter nario triplicē plectens coronam, Quandoquidem fratres adorabilis illa trias, regalis illa dignitas, īmaculata natura, indominabilis dñatio, in ternario gloria m habet, & veneratur de ternarij p̄dicationem ī terra, & virtutum numerum, quod numero sanctæ trinitati respondeat, & vt exépli gratia aliquid dicam, Multi sūt patriarchæ, & deus seipsum patriarchar charum vocat deum. Ego deus Abraham, & deus Isaac, & deus Jacob. Nō quod non sit etiam deus Moysi, & non deus Ioseph. Omnia enim deus est, qui se inuocant ī veritate, sed veneratur sicut ī imāgiē, ī terrenis cœlestia. Tres patriarchæ sunt ī honorem trinitatis tres virtutes ī honorem trinitatis. Nunc autem manent tria hęc, Fides Spes Charitas. In tria diuisum est vniuersum, ī ordinem super cœlestium, terrenorum, & subterraneorum. In tria secantur tempora, ī præterita p̄fentia & futura. Et sicut licet multi sīnt patriarchæ, ī glorificationem tamen spiritus sufficit ternarius, ita cū multi sīnt sacerdotes, trias tamen sacerdotum electa est, nempe Moysis & Aarō quū sacerdotibus eius et Samuelis. Multi reges multi sacerdotes, & trium celebris est memoria, David scilicet & Ezechiel & Iosiae, dicit scriptura, omnes peccauerunt. In camino tres pueri, cū CHRISTO in montem cōscenderunt Petrus Jacobus & Ioannes, Multi in cœlo angeli & tres apparēt Abraham. Omnes dies dei fiunt, & tres seruiūt mysterio. Qui illi tres? Accipe Isaac dicit, quem dilexisti filium tuum unigenitum, & vade ī vnum montium. Ambulauit abraham tres dies & tres noctes, vt simul & mysterium monstraret. Sic enim quasi a morte viuentem accepit Isaac. Quomodo autem? Audi. A quo tempore pater il lum sacrificio destinarat, mortuus censerī potest. Neque enim euasurus credebatur & propositum sautiebat promissionem. Tertio autem die restitutus est viuus ī figuram resurrectionis. An non potuit Jonas ī mari manere plures dies? sed solum ibi tres dies fecit, vt resurrectionis mysterium ostendat. Hic quis dicit, Si alicubi reperias seiunctim mysteria talia, at non quantum satis est ad recipiendam incarnationem & trinitatem ista miracula persuadēt. Si ego dico, reproba sermonem, si diuina est prædicatio, audi a me, immo audi mecum, quia tres dies īterpretantur nobis passionem domini, Quia de Abraham idem saluator dicit, Abraham pater noster exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Quem diē? Mortis Agnus enim ab arbore traditus Abraham imaginem gessit agnī dei, qui tollit peccatum mundi. Et quod dicit, Vedit diem, nihil aliud facit, q̄ quod vedit mortem. Vnde hoc? & usitato more dicunt homines, præuenit eum dies, pro eo quod est mors. Verum cōsuetudinis lex non est satis idonea, ad astruenda ea quæ dicuntur. Itaque ad scripturam veniamus Dicit alius beatus David, Observabit peccator iustum, & stridebit super cū dētib⁹ suis, dñs autē irridebit eū, quoniā p̄uidet, quod veniet dies eius. Eth̄ec quidē ī Abrahā dicta sint. Nūc ad Ionā quoq; ī p̄m redeo. Iterū em̄ tres dies Ionæ passionē hāc salutarē īterptari licet. Iterum seruator clamat, Quemadmodum (dicit) Jonas ī vētre ceti tres dies & tres noctes, sic oportet filiū hominis ī corde terre facere mansionem tres dies ac tres noctes, sed vnum ad supradicta dicemus quod alij s eidētius est. Populo priori tres erant ordies, Sacerdotiū, regnū & prophetia præter tres illos nō videbatur alius apud iudæos principatus. Cornu item erat olei sanctificationis, & vna fuit vncio, tria vero dona. Vnum cornu, tria

Numerus Ternarius

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO.

charismata, iungebant enim sacerdotes reges & prophetæ. Cæterum quia aliqui argumenti huius ignari sunt, ne in cassum sermo currat se ipsum quidem absument, lectori vero inutilis, audi breuiter. Seruabatur a prophetis cornu, e cornu autem in- ungebatur reges prophetæ & sacerdotes. Nulla quidem charismatis variatione, nam per idem cornu gratia adhibebatur. Inungebantur reges, intungebantur prophetæ, vna vncio, tria bona. Quare autem in cornu erat vncio: quia imaginem gerebat CHRISTI. An non in argenteo vase, an non in aureo, an non in aliqua alia pre- ciosiore materia tantum donum esse potuit? sed non fuit in alio quam in cornu. Si- quidem ut dicendo premisi, imaginem gerit Christi. Etenim dicit, excitabo cornu David, quod est dominus sacerdotij & regni & prophetie, ille sit cum omnibus vo- bis. Quia cum caput nostrum, accepit regnum, contritis tribus illis humanis digni- tatis, in eius cornu, omnis dignitas & gloria resedit. Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, IN DICTVM APOSTOLI AD CORINTHIOS, OPORTET ET HAERESSES ESSE, INTERPRE- TE IO, OECOLAMPADIO

CONCIONEM vestram sermone dandum satis incendi cum indu- rem Hierusalem suarum calamitatibus & nunciam & lamentationem. Et quia tunc vidi oculos vestros turgidos, lachrymarum flumina pro- ducre, mentesque omnium affectionibus confundi ac turbari, Ideo statim, ut id animaduerti, tragedia paucis absoluta, sermonem me me- dio abrupi. Eo enim progredi videbatur luctus, ut omnium corda planctibus dis- cari putarem. Iam anima luctu impedita, nihil sanum vel dicere vel audire potest. At quod hec nunc repeto, quid ad rem? Multum, Nam id quod hodie diximus admodum forte heri simile & cognatum est ei, quod hodie adhuc dicere decreuimus. Ut enim quæ dicta sunt hodie, ad reprimendam vitæ desidiam, corrigendamque in operibus no- stris negligentiam conducunt. Ita quæ nunc dicenda, circa diligentem articulorum fidei observationem, securiores nos reddere poterant, ut sic vndiquaque in mensuram Christi peruenientes, iuxta diuum apostolum, in virum integrum euadamus, & si- cut hodie ea quæ ad corpus pertinebant, curabamus, ita nunc quæ ad caput spectat tractabimus, & hodie quidem verba Hieremiæ, nūc autem verba Pauli. Ex verbis vero Pauli, de quibus nunc agendum, haec nobis propounduntur. Oportet autem & ha- reses esse, ut probati manifestiant intervos, Haud contemnendum, quod queritur. Nam si Paulus consulendo diceret, Oportet & haereses esse, inculpati forent haeresiarchæ. Atqui non ita sentit, neque hoc consulentis, sed futura praedicentis verbum est. Quomodo & medicus videns ægrum gulæ & ebrietati, interdictisque alijs de- ditum dicit, profecto necesse est, ut incontinentia haec febrim pariat. Quibus ver- bis non legem statuit, neque consulit, sed e presentibus futura coniectat. Similiter & agricola & nauta, cum videt conglobari nubes, & audit tonitrua, dicit, fieri non potest quin nubes ille pluviā & validos nubes pariant. Neque his laudant, sed pre- dicunt, quod apparet. Paulus quoque eadem ratione posuit verbum, oportet. Et nos saepenumero, cum videmus homines inter se disceptare, grauique dicacitate mutuum iuadere, dicimus, Oportet quod ex huiusmodi pugna magnū quoddam malum oriatur. Quib' tñ verbis, neque nos consulim', neque quēpiā iicitam', sed qd futurū sit ex presē tib' diuinam'. Ita sane nec Paul' aliqd consulit dum dicit, Oportet et haereses i vobis esse. Sed p̄dicit ac p̄phetat rē euēturā. Cæterū haereses consulit mīme. Ip̄e eiē q̄ dicit

IN DICTVM APOSTOLI CVM AVTEM. FO.CI.

Sí angelus vobis aliud Euangelisat, præter id quod accepistis, anathema sit. Ipse est qui circumcisionem prohibuit, cum præter tempus obseruaretur, & puritatem prædicationis Euangelicæ interturbaret. Ei⁹ ciebat enim illam & dicebat, si circū = cidimini Christus nihil vobis proderit. At inquies cur igitur ad hec causam adiun = xit dicens. Ut probati manifesti fiant inter vos. Ut in scripturis plerumq; non cau = sam significat, sed magis euentum rerum. Exempli gratia. Venit Christus, & cœcū = videre fecit, a quo adoratus est. Iudei autem illo curato, faciebant omnia, si qua, mi = raculum obfuscare possent. Atque ita Christum repellebant. Tunc igitur ait. In iu = dicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident vi dideont, & qui vident cœci = fiant. Ergo ne ea de causa venit, vt illi excœarentur. Non ideo venit, tametsi ita = euenit. Vnde sub figura redditæ causæ narratur euentus. Item lex data est, vt im = petum peccandi prohibeatur, moderatoresque facit eos, qui illam acciperent. Sed ob illorum ignauiam diuerso modo accidit, auxit enim peccata, & dicit Paul⁹, lex autem subingressa est, vt peccata augeret, cum tamen ob hoc potius ingressa fuerit = vt peccata minueret. Etiam si secus acciderit, ob illorum insipientiam, qui eam ac = cepere. Sic vtique, Utne hic causam reddit, sed euentum indicat. Quandoqui = dem alia quedam causa est, & origo hereticorum. Neque inde sunt hæreses, vt p = batī manifesti fiant, sed aliunde occasionses acceperunt, de qua re audi Christum, qui id nobis declarat. Simile factum est regnum cœlorum homini seminanti se = men bonum in agro suo, cumque dormirent homines, venit inimicus homo, & su = per seminavit zizania. Vides hæresium causam hanc esse, quod homines dormi = uerunt quod negligentes fuere, quod non diligenter his quædicta sunt intendere. Quapropter vt ne quis dībat, quare hoc permisit CHRISTVS, dicit Paulus: nihil te nocebūt ea promissio si probatus fueris. Inde enim multo clarior & mani = festior euades. Non enim idem fuerit, nullo vel aliquo subuertente, & a nullis vel multis fluctibus pulsatum, manere immotum & non circumactum. Nam vt arbo = res bene & diligenter radicatæ, ventorum vi cum aguntur hinc & inde, solidiores fi = unt, sic & bene solidatas in fundamento veræ fidei animas, quæ cunque irruunt hære = ses, reddunt fortiores tantum abest, ne subuertant. Quid autem de infirmis dicit, qui leui momento circumaguntur, & supplantantur, neque illi ob hære seos impetu = sed ob suam imbecillitatem hoc patiuntur. Imbecillitatem inquam, non natuam, sed voluntariam, quæ digna reprehensione, quæ supplicij rea est, quam & nos offi = cios corrigimus, cumque mendamus, laudamus, si in mendatam relinquimus, pu = nimur. Nam vt discas, quia sobrios atque prudentes nocere nō possunt, quid est dic = sodes, diabolo peius, quid etiam inquinatius? Veruntamen ille tam malus, tamque = importunus, tantaque potestate præditus, licet omnes machinas in Job conuerte = ret, omnemque pharetram in corpore iusti expleret, ipsum tamen non solum non subuertit, sed & clarorem fecit, & ille quidem nihil in commodi a diabolo accepit, Iudæ autem, quia negligens erat ac deses, neque CHRISTI consuetudo profuit. Nam post tot consilia, postque plurimas illas admonitiones, mansit, qualis erat, proditor. Causa autem est quia deus non adigit vi, neque cogit si quis non vult. Itaque nec nos sicut neque Job, modo prudentes simus, nocere poterit diabolus. At si sobrij prudentesque non fuerimus, sed ignauim, etiam illa que prodeesse possent non proderunt, summamque interim faciemus iacturam. Tantum malum est igna = uia. Quocirca Iudeis præsentia CHRISTI non solum non profuit, sed & no = cuit, non ob CHRISTVM, sed ob suam ipsorum malitiā & stuporem, & de = hoc audi Christum dicetem, Nisi venissem ait, & locutus fuisset eis, peccatum

DIVI JOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO.

haberent, nunc autē excusationē peccati sui non habēt. Vides quomodo illos p̄sen-
tia Christi etiam venia facit indignos, & omne excusationis effugium tollit, tantū
malī est, non attendere sibi ipsi, neq; q̄ sua sunt sicut pars est regere. Id quod & in cor-
poribus videre licet, Nam qui oculis laborat, etiam a sole offendit consuevit. Qui
autem sanus est, nec a tenebris incommodatur. Sisto autem diutius in hoc sermo-
ne, sunt enim nonnulli, quibus tametsi displiceat ignauia sua, quique se a torpore vi-
dissent, obambulant tamen quārentes frigidas excusatiunculas, & dicunt, Nisi eēt
diabolus, non periremus, nisi lex esset non peccaremus, nisi hæreses essent, non sup-
plantaremur. Amice, he quas prætexis causæ, neminem læserunt vñquam, sicut
nihil quoque prodest ei, qui salutem suam ignauus aut oscitabundus negligit. Proi-
de & tale quiddam Paulus insinuans dicit, vt probati manifestati fiant in vobis, qua-
si diceret, ne turbemini, ne mōceratis, nihil enim vos nocere poterint hæreses. Iam
tametsi de heresibus sermo sit, non tamen hoc ipsum agitur, quod sermo sonat. Id
quod vel ex his manifestum, Est enim prophetia non consilium, prædictio non ad
hortatio, eventus non causa, Neque hoc loco de articulis fidei loquitur, sed de pau-
peribus & diuitibus, de manducando & non manducando, de luxu ac intemperan-
tia diuitum, deque pauperibus contemptis. Ferte igitur aliquantulum, vt repeta-
mus rem paulo altius, alioquin res vix manifesta erit. Quamprimum apostoli ver-
bum pietatis seminare cœperunt, annumerati sunt eis statim tria millia, & iterum
quīque millia, eratque ipsorum omnium cor & anima vna. Et quis tantæ concor-
diae author? quod illud charitatis vinculum? quod nam animarum illud philtrum?
Opum contemptus, Nullus enim ipsorum dicebat suum aliquid esse, ex his que
possidebat, sed erant ipsi communia omnia, Omnia etenim bona statim proueni-
unt, vbi malorum radix, auaritiam dico, sublata fuerit. Igitur cohærebant inter se,
nihilque erat, quod diuellere poterat. Iam enim friuola illa verba MEVM & TV-
VM, quæ tot bella mundo inuixerunt, ex sancta illa ecclesia erant exterminata.
Inhabitatur q; nō aliter terra, q; ab angelis cœlū. Nō inuidebant diuitibus pauperes,
neq; enim erant diuites, non contēnebant a diuitibus pauperes nō ei erāt pauperes
Verum communia erant omnia, & nemo quod habebat, dicebat proprium. In-
super non sicut nunc mos habet, ita & nunc eueniebat. Nam qui nunc dant indigē-
tibus, habent propriā, tunc autem dominio etiam rerum suarum renunciantes, ob-
latisque omnibus nihil reliquiarum seruabant hi, qui antea fuerant diuites. Et si qua
ex opum contemptu inflatio esse potuit, tollebatur & ipsa cōfestim. Si quidem mo-
dis omnibus par omnium erat honor. Erat item videre quandam pietatis speciem
non ex sola abiectione opum omnium in vnum conflatarum, sed etiam ex abiicien-
di modo. Nam quotquot vel domos vel agros possidebant, ea vendebant, eo-
rumque precium allatum, ante pedes ponebant, apostolorum. Non dicit, quod
in manus ipsorum ponebant, sed ad pedes, declarando, simul fidem, pietatem
atque reuerentiam quam habebant apostolis. Et quod maioris ducebant, quod
ab eis recipierentur, quam quod darentur dona. Hoc enim potissimum est con-
tendere opes, hoc est pascere esurientem CHRISTVM, si absque arrogantia &
fastu hoc facias. Sicque das, quasi tibi ipsi plura, quam danti beneficia dare videa-
ris. Quod si secus affectus es, neque sic dederis, vt te putas magis accipere quam
dare, non dedisti hoc aliis, Idem testatur Paulus dicens, Certiores autem vos facio
fratres de gratia dei, que data fuit in ecclesiis Macedoniae, quod profunda pauper-
tas illorū exundauit in diuitias simplicitatis ipsorum, nam pro viribus (testor) etiā
supra vitas promptifuerunt, multa cum obtestatione rogantes nos, vt beneficium

IN DICTVM APOSTOLI CVM AVTEM. FO.CII.

& societatem ministerij susciperemus in sanctos. Vides quomodo illos magis in hoc admiratur, quod licet nocti essent gratiam, orabant tamen & obsecrabant, tantum prese ferentes liberalitatem. Eadem de causa & Abraham admirabilis est, non solum quod vitulum immolauit, neque quod farinam commisicuit, sed quod multa cum humilitate & voluptate hospites suscepit. Accurrebat enim, ministrabat, dominos appellabat, thesaurum innumerorum bonorum se inuenisse putabat, si quando hospitem videret praeter euntem. Sic enim duplex erit eleemosyna, & cum damus, & cum alacriter exhibemus. Hilarem datorem diligit deus. Esto innumeria expenderis talenta, nisi alienus ab arrogantia, fastu atque inani gloria fueris, omnia simul perdes. Quemadmodum pharisæus ille rerum suarum decimator, quia de se sublimia sentiebat, & inflabatur, domum perditis omnibus, a templo redibat. Verum alia ratio erat eorum qui apostolorum temporibus viuebant, Gaudabant enim & exultabant cum opes offerrent, maximaque lucratise putabant, maximæque charitatis esse si eas ab ipsis recipere dignarentur apostoli. Et quasi hi qui ad magnos quosdam principatus accersiti regias inhabitaturi ciuitates, omnem substantiam suam in pecuniam commutant, & sic illo migrant. Ita plane & tunc faciebant homines illi ad cœlum vocati, & ad supernam metropolim & regnum quod illic est. Nam persuasum habentes illuc esse patriam omnium substantiam sua in pecuniam commutata, pecuniam per apostolorum manus illo præmisserunt. Est autem extremæ stultitiae relinquere aliquid rerum nostrarum in hoc loco, nobis pauperos etiam hinc emigraturis. Quicquid enim relinquitur, in damnum cedit. Quapropter illo præmittantur omnia, ubi & nos semper post hac sumus conuersaturi. Hec quoque quia & ipsis secum reputarunt, omnem simul deposuerunt substantiam, siebatque illis duplex pietatis opus, subleuabant enim indigorum inopia & thesauris suis in cœlo repositis, plures & securiores suas facultates faciebant. Ab hac lege & consuetudine, inoleuit in ecclesijs consuetudo quedam admirabilis, fideles enim omnes in conuentibus suis postquam audissent doctrinas postpreces, post sacramentorum communionem, soluta concione non mox domum concedebant, sed diuites & abundantiores alimenta & edulia a domibus suis auferentes pauperes vocabant, communesque faciebant mensas, communia prandia, communia convivia in ipsa ecclesia. Atque ita a cōione mensæ & pietate loci undequeque ad charitatem accedebant, non absque summa voluptate utilitateque maxima, paupes enim tunc fruebantur consolatione quælis obtinebat, diuites vero fructu bñinolentiæ, & ab his quos pascebant, & adeo pp quæ illos pascebātassequebantur. Sicque tandem domum redibant. Igitur multa hinc eis proueniebant bona, summum tamen omnium erat seruens in tota congregacione amicitia, tanta ipsis inter se prudentia atque benevolentia congregatis, non solum cum acciperent, sed & cum darent beneficia. Hunc morem Corinthijs processu temporis corrumpebant, & abundantiores iniuitatis sui similibus contemnebant pauperes, & tardius venientes ut poterant pauperes secularibus negotiis detentos, non expectabat. Unde contingebat quod pauperes aduenientes, mensa sublata, aliis præuenientibus, aliis tardius subsequentibus verecunde discederent. Videns igitur Paulus mala quæ tum ex eo negocio fiebant, & postea futura, quandoquidem contemnebantur pauperes mirum in modum a diuitibus, quorū insolens erat superbia, ediuerso vero pauperes modesti aduersabantur diuitibus, & qualia ex huiusmodi rebus mala ori solent, tunc quoque vsu eueniebant. Proinde prauam hanc consuetudinem emendat, & vide quanta prouidetia correptio

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO.

nem aggreditur. Incipiens enim sic dicit, Illud autem præcipiens non laudo, quod non in melius, sed in deterius conuenit. Quid est non in melius? Progenitores ait vestri & patres substantias suas vedeant, & possessiones & opes, & communia omnia habebant, & magnam in primis inter se charitatem, quos cum imitari vos debetis, non solum nihil talium fecistis, sed etiam id ipsum, quod solum vobis reliquum erat, perdidistis. De coniuicjus autem loquitur, quæ in sinaxi siebant, & ob hoc dicit non in melius, sed in deterius conuenit, quod patres vestri pauperibus omnes possessiones concedebant, vos pauperes mensa etiam illis concessa priuastis. Nam primum quidem cum conuenit, in ecclesia, audio dissidia in vobis esse, & aliqua ex parte credo. Vides quomodo iterum prudenter correctionem adhibet. Non dixit non credo, neque dixit credo, sed medio verbo vsus est. Aliqua ex parte etiam credo non omnino credo, neque omnino discredio, vel hoc vel illud omnibus modis contingit. Vos domini, siquidem emendamini non credo, sin ita pergitis, credo. Igitur non accusauit, & accusauit tamen. Non accusauit perfecte, ut legitimam ipsi pœnitentię correctionisq; spem daret. Non reliquit absq; reprehensione, ut ne manarent in ignavia sua. Nondum omnino credidi dicit, hoc enim est quod dicit ex aliqua parte credo. Hoc autem dicebat admonens ut imitarentur, & corrigerentur, vtq; se ipsum auocaret ne tale quid aduersus eos crederet, etiam si ex parte crederet. Oportet enim & hereses in vobis esse, quo qui probati sunt, manifestifiant inter vos. Dic igitur quæ illæ hereses. Hic attendite quod non de articulis fidei dictum est, oportet inter vos hereses esse, sed de discordia & sectis circa mensam. Nam cū dixit oportet etiam hereses esse, subdidit modum hereseon. Igitur cum conuenitis in eundem locum, non licet dominicam coenam manducare. Quid est dominicā coenam manducare? non est comedere herilem coenam. Illam autem coenam dicit, quam supra no[n]te tradidit Christus, cum discipuli omnes essent cum eo. In illa enim coena & dominus & serui omnes simul sedebant, Vos autem cum sitis conservui, inter vos tamen dissidetis & diuidimini, & Christus quidem neque proditor abegit, nā & Iudas tum cum ipsis erat, tu autem fratrem depellis. Ob hoc dicit, non est dominicam coenam manducare, vocans dominicam coenam, que omnibus simul conuocatis concorditer & communiter sumitur, Vnus quisque enim (dicit) propriam coenam occupat in edendo, & hic quidem esurit, ille vero ebrius est, & ibi ebrietatis quoque nomine magis eos corripit, quamvis utrobiusq; immodica dicit, famem videlicet & ebrietatem nominando. Etenim tu distenderis voracitate, ille autem fame putrescit, tu pluribus quam opus sis participas, ille neque necessarijs fruitur. Itaque duplē hanc coenam & corruptam equalitatem hereses vocat. Siquidem contētiose inter se recumbebant & tumultabantur, & ille quidem esuriebat, hic vero inebriebatur. Ideo recte dicebat conuenientibus vobis in vnum. Cuius enim gratia conuenit, Quid vult sibi conuentus ille. Cuius gratia facta est collecta. Siquidem mensa non fit communis. Dominicæ sunt opes quas accepimus, etiam conservis nostris conuiicia proposita sint. Num sane domos non habetis ad edendum & bibendum, an ecclesiam dei contemnit, & pudefacit seos qui non habent. Tu quidem putas quasi fratrem solum iniuria afficias, redundat autem etiam iniuria in locum illum. Ecclesiam enim totam contemnit, propterea enim ecclesia dicitur, quia communiter omnes accipiunt. Cur ergo in ecclesia dapsilitatem domus tuę introducis. Iam si fratrem contemnit, reuerere saltem locum. Nam & ecclesiae iniuria fit. Signanter autem non dicit, priuatiss eos qui non habent, vel non estis misericordes eis qui non habent, sed quid ait, pedefacit eos quoniam non habent. Quo curiosissimum

quoq; ipsorum luxum reprehendit, non enim tam curæ pauperibus est, quomodo alantur quam dedecorū cum iniuria afficiuntur. Vides quo pacto honeste de his respondit, illosq; grauius increpat. Quid vobis dicam, laudabo vos: in hoc non laudo. Quid hoc? Postquam indignitatem rei declarauit, subiungitur accusatio, optimoq; iure ut ne fiant impudentiores. Nam priusquam indignitatem facti demonstraret, perfectam negationem protulit dicendo, Hęc praeципiens non laudo. Vbi autem satis diligenter demonstrauit dignos eos esse multis repræhensionibus, subiunxit accusationem, quæ superioribus verbis, declarationi congrueret. Relicta autem in medio & suspensa accusationis vehementia, ad mysticam mensam consequenter sermonem vertit, plus ipsos volens terrere. Ego enim ait accepia a domino quod & tradidi vobis, Qualis hęc est consequentia, de communī disputatione prandio, & sacramenta commemoratas. Etiam ait. Nam si etiam spiritualia illa tremendaq; mensa ex æquo omnibus diuiti & pauperi proponitur, neq; ea fruitur uberiorius diues & parcius pauper, sed omnium unus honor est, & idem accessus. Donec omnes cōmunicent & participes siat spiritualis illius cibi, quæ proposita sunt non retrahuntur, sed stantes sacerdotes omnes expectant etiam pauperrimum omnium. Quanto igitur magis in mensa illa corporali ita fieri cōuenit, & ea propter meminisse huius domini cæcōnæ. Ego enim accepia a domino quod & tradidi vobis, quod dominus Iesus in ea nocte qua tradebatur accepit panem, & actis gratijs fregit ac dixit, Hoc meū est corpus quod pro vobis frangitur, hoc facite in mei commemorationem. Similiter & poculum peracta cōena dicens, Hoc poculum nouum testamentū est in meo sanguine. Deinde vbi multum disputauit de his qui indigne communicant myste-rijs, eosq; reprehendisset grauiter, & demonstrasset, quod idem supplicium passuri essent quod hi qui Christum occiderant, si sanguinem eius & corpus absq; probatōne & temere accipiunt. Rursum ad propositam materiam sermonem conuertit dicens, Itaq; fratres cum conuenitis ad comedendum, aliis alium expectate: quod si quis esurit, domi edat vt ne ad iudicium conueniatis. Vide quomodo latenter etiā gulam ipsorum taxat, & non dixit, Si autem esuritis, sed quod si quis esurit vt unus quisq; sibi reus esse videatur repræhensionum, præueniens seipsum corrigit, Vnde & a maiori metu supplicij sermonem claudit dices, vt ne in iudicium cōueniatis, hoc ē in cōdēnationē. Quasi diceret, nō est cib' neq; mēsa q̄ cū cōtēptu fris, que cum despectu fratris & ecclesiæ, quę cū tanta gula & intēperātia exhibet Non sunt hęc contemnenda, sed sunt verius vindicta & supplicium. Magnam em̄ inde meremini & contrahitis pœnam vobis infligendam, si fratres iniurias afficitis si ecclesiam cōtemnit, si priuatam domum ex sancto loco facitis, quia seorsim commeditis. Dilecti, vbi & vos hęc audieritis, obdurare ora eorum, qui ita ruditer & temere apostolico sermone vtuntur, corrigite eos qui in suum aliorumque damnum scripturis abutūt. Habetis em̄ nūc vt reor, qd & de quo dicit, cū dicit, Oportet autem & hęres esse, nempe de discordia quæ fit circa mensas, cum unus esurit, aliis autem ebrius est. Reliquum cum fide recte instituti fuerimus, vtam quoque ad tanta dogmata digne subsequentem declaremus, multa nobis sit erga pauperes benignitas, multa circa indignos prouidentia satagamus, spiritualē quādam negotiacionem exercentes, neq; plus inquiramus, quam nostra exigat necessitas & usus. Hęc verē sunt diuitiae, hęc vera abundantia, hic verus thesaurus est, qui nō deficiet si omnia nostra in cœlos transferamus, & confidimus præterea, hęc nobis reposita, & egregie custodita. Hinc nobis geminum ab eleemosyna lucrum accrescit. Primum, quod de opibus, quas expendimus non timemus, ne forte a latronibus & parietum

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO.

effosoribus, & familiarium infidelitate diripiuntur. Secundum quod repositæ, & nō vulgariter defosse sunt, quasi i fructuose, sed sicut radix in pingui plantata solo, quæ nobis singulis annis tempestiuos affert fructus. Sic & pecunia in manibus pauperum plantata, non solum in singulos annos, sed & in singulos dies spirituales nobis fructus affert, fidentiam scilicet in deum, peccatorum abscessum, conscientiam bonam, leticiam spiritualem, spem iucundam, aliaq; bona quæ præparauit deus diligentibus se. Quæ precor ut & vos omnes assequamini, gratia domini cui gloria in secula seculorum. Amen.

PARRIISIIS EX EDIBVS IOANNIS PAR
VI MENSE SEPTEMBRIAN-
NO, M D XXIII















